



Patrizia Levati

IULIA

FABULA AD
LATINAM
LINGUAM
DISCENDAM

Pars Secunda

Team Service  Editore

Patrizia Levati

IULIA
FABULA AD
LATINAM
LINGUAM
DISCENDAM

Pars Secunda

Team Service  Editore

IULIA, Fabula ad latinam linguam discendam - Pars Secunda
Patrizia Levati

Le immagini interne sono state gentilmente concesse da www.romanoimpero.com
L'editore è a disposizione degli eventuali aventi causa.

© Team Service Editore
Via Nazario Sauro, 6 - 14100 Asti
Tel. 0141 599781
e-mail: redazione@teamserviceasti.it
sito: www.teamserviceeditore.it

ISBN 978-88-99731-64-9
I diritti sono riservati, è vietata ogni riproduzione non autorizzata.

CAPITULUM VII

SYRACUSIS, 68 a.Ch.n.

LECTIO VICESIMA QUINTA

DE COMPITALIBUS

Ante Nonas Ianuarias in agris, ubi viae competunt, “Compitalia” celebrantur, quae a Servio Tullio rege primum statuebantur: Lares, compita protegentes, “Compitales” appellantur et in aediculis rusticis coluntur. Etiam apud Iuliae villam hodie Compitalia adsunt et omnia ad sacra pertinentia parantur. Iuliā, ad villae fores laneas effigies, et viriles et muliebres, suspendens, videt ancillas, Liciam et Albam, lanam in pilas glomerāre et pilas pro imaginibus suspendere. “Cur effigies ex lanā non suspenditis, sed pilas?”, ex ancillis quaerit. “Nos servae sumus, non dominae! Servientes ex lanā effigies formāre non possunt...”. Sed vox Flaviae auditur, cum coquā appropinquantis: “Properate, filiae, properate, ancillae! Iam advenit sacrum agmen ex finitimis villis”. Tum familiā totā in aulam convenit: ecce dominus, manibus ferens fictilia Larium sigilla; ecce dominā, gerens pateras cum pomis et nucibus; ecce coquā, panem ferens; ecce servi, agnos et porcellos ducentes. Agmen agrestium incolarum dona ferentium ad proximam aediculam pervenit, ubi hostiae Laribus immolantur et, inter carmina et ludos, sacra per diem totum celebrantur.

Responde Latinā linguā:

1. Quid est “compitum”?
2. Quid sunt Compitalia?
3. Quando primum Compitalia instituebantur?
4. Quo anni tempore Compitalia celebrantur?
5. Ubi Compitalia celebrantur?
6. Num in magno templo Lares coluntur?
7. Quae dona a familiis Romanis Laribus praebentur?
8. Cur animalia quoque ex villis ducuntur?
9. Num domini tantum sacro agmini intersunt?
10. Cur ancillae lanam glomerant?

Muta participium in sententiam:

1. Lares, compita protegentes, “Compitales” appellantur.
Lares, quia compita, “Compitales” appellantur.
2. Omnia ad sacra pertinentia parantur.
Omnia quae ad sacra parantur.
3. Iuliā, ad villae fores laneas effigies suspendens, videt ancillas, Liciam et Albam, lanam in pilas glomerāre.
Iuliā, dum ad villae fores laneas effigies, videt ancillas, Liciam et Albam, lanam in pilas glomerāre.
4. Servientes effigies ex lanā formāre non possunt.
Qui effigies ex lanā formāre non possunt.
5. Sed vox Flaviae auditur, cum coquā appropinquantis.
Sed vox Flaviae auditur, dum cum coquā
6. Ecce dominus, manibus ferens fictilia Larium sigilla.
Ecce dominus, qui manibus fictilia Larium sigilla.
7. Ecce dominā, gerens pateras cum pomis et nucibus.
Ecce dominā, quae pateras cum pomis et nucibus.
8. Ecce servi, agnos et porcellos ducentes.
Ecce servi, qui agnos et porcellos
9. Agmen agrestium incolarum dona ferentium ad aediculam pervenit.
Agmen agrestium incolarum qui dona ad aediculam pervenit.

Exple sententias, adhibens participium:

1. Video matrem meam, cum coquā (appropinquāre).
2. Video servos, cum patre meo (advenire).
3. Vocem coquae audio, panem (ferre).
4. Vocem servorum audio, capellas (ducere).
5. Servi salutem domino dicunt, manibus (gerere) fictilia Larium sigilla.
6. Servorum familiā salutem dominis dicit, in aulam (pervenire).

DAL TESTO ALLA GRAMMATICA

- Nel testo viene introdotto un nuovo modo verbale, il participio presente, che risponde a diverse funzioni e significati ma indica sempre un'azione attiva e contemporanea a quella della frase principale.
- *Iuliā, ad villae fores laneas effigies, et viriles et muliebres, suspendens, videt ancillas, Liciam et Albam, lanam in pilas glomerāre*: si osserva che il participio *suspendens* (dal verbo *suspendere*) è in nominativo singolare perché concorda con il soggetto *Iuliā*; l'azione indicata dal participio è inoltre attiva (*Iuliā suspendit*) ed avviene nello stesso momento dell'azione indicata dal verbo reggente *videt*. Pertanto, l'espressione *Iuliā, suspendens effigies, videt...* equivale a: *Iuliā, dum suspendit, videt...*
Vox Flaviae auditur, cum coquā appropinquantis: in questo caso il participio *appropinquantis* (dal verbo *appropinquare*) si trova in caso genitivo poiché è riferito al complemento *Flaviae*; l'azione è sempre attiva (*Flaviā appropinquat*) e contemporanea alla reggente (*vox auditur*). Pertanto la frase equivale a: *Vox Flaviae auditur, dum (Flaviā) cum coquā appropinquat*.
- *Etiam apud Iuliae villam hodie Compitalia adsunt et omnia ad sacra pertinentia parantur*: in questa frase il participio *pertinentia* (neutro plurale concordato con *omnia*), pur mantenendo il rapporto di contemporaneità con la reggente, svolge una funzione diversa dai precedenti esempi, in quanto equivale a un vero e proprio attributo e può essere sostituito da un semplice aggettivo (*omnia ad sacra necessaria*) o, in alternativa, da una frase relativa (*omnia quae ad sacra necessaria sunt*).
- *Servientes effigies ex lanā formāre non possunt*: in quest'ultimo caso il participio plurale *servientes* svolge una funzione ancora diversa poiché assume il valore di un sostantivo (*servi, homines qui serviunt*).

SCHEDA GRAMMATICALE N.25

25 A. PARTICIPIO PRESENTE

Il participio presente è una forma verbale derivata dal tema del presente, al quale vengono aggiunte le vocali tematiche caratteristiche delle diverse coniugazioni (-a per la 1° coniugazione, -e per la 2° e la 3°, -ie per la 4° e la mista) e le desinenze -ns/ntis. La forma così ottenuta si declina nei tre generi, con le stesse desinenze di un aggettivo della seconda classe a una uscita.

Verbo AMĀRE	amans amantis amanti amantem / amans amans amante / amanti	amantes / amantia amantium amantibus amantes / amantia amantes / amantia amantibus
Verbo TERRĒRE	terrens terrentis terrenti terrentem / terrens terrens terrente / terrenti	terrentes / terrentia terrentium terrentibus terrentes / terrentia terrentes / terrentia terrentibus
Verbo DUCĒRE	ducens ducentis ducenti ducentem / ducens ducens ducente / ducenti	ducentes / ducentia ducentium ducentibus ducentes / ducentia ducentes / ducentia ducentibus
Verbo AUDĪRE	audiens audientis audienti audientem / audiens audiens audiente / audienti	audientes / audientia audientium audientibus audientes / audientia audientes / audientia audientibus
Verbo RAPĒRE	rapiens rapientis rapienti rapientem / rapiens rapiens rapiente / rapienti	rapientes / rapientia rapientium rapientibus rapientes / rapientia rapientes / rapientia rapientibus

In modo analogo si formano e si declinano anche i participi dei verbi composti di ESSE e irregolari:

Verbo POSSE	potens, potentis....
Verbo PRAEESSE	praesens, praesentis....
Verbo ABESSE	absens, absentis....
Verbo FERRE	ferens, ferentis....
Verbo IRE	iens, euntis....
Verbo VELLE	volens, volentis....
Verbo NOLLE	nolens, nolentis....
Verbo MALLE	malens, malentis....

Il participio presente può ricoprire diverse funzioni e questo spiega anche il fatto che presenta due diverse uscite all'ablativo singolare:

- **funzione verbale (participio congiunto)**: equivale a una subordinata, per lo più una temporale o una causale, più raramente una ipotetica, che esprime sempre un'azione attiva e contemporanea alla principale.
Sed vox Flaviae auditur, cum coquā **appropinquantis** (= **dum cum coquā appropinquat**).
Lares, compita **protegentes**, "Compitales" appellantur (= **quia compita protegent**).
- **funzione attributiva**: il participio equivale a un vero e proprio attributo concordato con il suo sostantivo in genere, numero e caso e potrebbe essere sostituito da un diverso aggettivo o da una relativa.
Etiam apud Iuliae villam hodie Compitalia adsunt et **omnia** ad sacra **pertinentia** parantur (= **omnia necessaria**).
- **funzione sostantivata**: equivale a un vero e proprio sostantivo.
Servientes effigies ex lanā formāre non possunt (= **servi**).

25 B. PRONOMI RELATIVI

Viene anticipato qui di seguito il nominativo del pronome relativo: esso concorda sempre in genere e in numero con il sostantivo al quale si riferisce, mentre il caso dipende dalla funzione logica svolta dal pronome nella frase relativa.

Singolare	Maschile qui	Femminile quae	Neutro quod
Plurale	qui	quae	quae

EXERCITATIONES

1. Inveni participium et coniunge cum vocabulo:

ancillae (oboedire) – sororis (ridere) – agmen (appropinquare) – regibus (statuere) – puero (dormire) – catellam (latrare) – manuum (pingere) – sol (surgere) – patres (iubere) – consule (abesse) – verba (docere) – militum (trahere) – comites (ire) – hostis (fugere) – puellas (timere) – lunā (lustrare)

2. Muta participium in sententiam idem significantem:

1. Timeo Danaos et (=etiam) dona ferentes. 2. Herculi puero, in cunā dormienti, duo serpentes olim appropinquabant. 3. Servi, dominis oboedientes, numquam puniuntur. 4. Hominibus, futurum ignorantibus, omnia incerta sunt. 5. Nymphā Arethusā, fluminis deum fugiens, per silvam currebat. 6. Mus rusticus murem amicum, in urbe viventem, ad cenam invitat. 7. Officia vestra neglegentes, ancillae, a dominā non laudabimini. 8. Caio Iulio, apud focum sedenti, epistolā tradebatur. 9. Syracusani, Romanorum impetum timentes, urbem magnā celeritate muniebant. 10. Nautae, sidera lucentia spectantes, cursum in alto mari tenent.

3. Muta sententiam in participium et verte in Italicam linguam:

1. Ancillae, dum lanam tractant, laeta carmina cantant. 2. Dominā semper laudat ancillas, quia lanam tractant. 3. Ancillis, quae bene lanam tractabant, dominā pulchra dona praebebat. 4. Dominus, ut domum perveniebat, servum vocabat. 5. Dominum, cum domum pervenit, omnes servi salutant. 6. Pueris, si flent, coquā dulce mel praebet. 7. Coquā dulcibus verbis interrogat puerum, qui flet. 8. Vox puerorum, qui flebant, usque ab aulā audiebatur. 9. Cum te specto et audio dum dulce rides, sentio me parem esse deo. 10. Fortunate amice, laeta carmina componis dum quiescis sub umbrā altae fagi!

DE LARIBUS

Quintillā, hiemali tempore, in culinā apud focum saepe sedet; quondam ad picturam muralem oculos vertens, ubi Lares Familiares pinguntur, ex coquā, puellae crustulum praebente, quaerit: “Afrā, cur Lares gemini sunt?”. “Tibi pulchram fabulam narrabo”, coquā respondet. “Iuppiter amabat nympham Iuturnam, in Latio viventem, sed nymphā modo in silvis latebat, modo in fluminis aquas desiliebat, deum effugiens. Tum deorum rex auxilium a nympphae sororibus petebat: ‘Obsistite in primā ripā sorori vestrae fugienti: sic eā corpus in fluminis aquas mergere non poterit’. Sed forte nymphā, Larā nomine, linguam non tenens, omnia Iovis verba et Iuturnae sorori et Iunoni, Iovis uxori, referebat. Quapropter Iuppiter, iratus, Larae linguam eripiebat et Mercurium vocabat: ‘Duc eam ad Inferos: locus aptus est silentibus! Nymphā erit, sed paludis Stygiae nymphā’. Sed Larā Mercurio, per lucum ducenti, placet; deus vim parat in mutam nympham nolentem, quae fit gravis et geminos parit, Lares: ii et compita servant et in tectis nostris semper vigilant”. “Fabellā non dissimilis ab origine Romuli et Remi!” cogitat Quintillā et rursus quaerit: “Afrā, quis est vir inter Lares?”. “Genius patris familias est: pater, ut scis, cotidie Lares orat pro totius familiae salute ac prosperitate”. “Scio, scio... Sed cur serpens repit sub eorum pedibus?”. “Serpens ex imā terrā Genius loci est: mala removet et cibum a muribus servat!”. “Quam pulcher est serpens! Nonne tibi quoque placet, Afrā?”.

Muta participium in sententiam:

1. Quintilla ex coquā, puellae crustulum praebente, quaerit: “Afrā, cur Lares gemini sunt?”.
2. Iuppiter amabat nympham Iuturnam, in Latio viventem.
3. Obsistite in primā ripā sorori vestrae fugienti.
4. Larā Mercurio, per lucum ducenti, placet; deus vim parat in mutam nympham nolentem.
5. Duc eam ad Inferos: locus aptus est silentibus!

Quomodo possumus fabulam paucis verbis narrare?

Quis?	Quando?	Ubi?	Quid agit?	Cur? (participio)
Iuturna				Iovis amorem contemn.....
Iuppiter				dolum nymphae parare cup.....
Lara				linguam non ten.....
Iuppiter				quia ira incenditur
Mercurius				amore ard.....

Estne sententiā verā an falsā? Si falsā est, cur?

1. Lares germani sunt.
2. Lares ab hominibus coluntur quia et compita et domos servant.
3. Lares Familiares homines sunt.
4. Larium mater nymphā Iuturnā est.
5. Lararium saepe in culinā est.
6. Larā in Italiā vivit sed in Adem pellitur ob Iovis iram.
7. Larium pater Iuppiter est.
8. Pater familias Laribus sacra cotidie facit.
9. Non modo liberos sed etiam servos Lares curant.
10. Serpentes a Quintillā timentur.

NOVA VERBA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE VICESIMĀ QUINTĀ

adesse	geminus, -a, -um	pingēre
advenīre	glomerāre	placēre
aedicula, -ae (f.)	gravis, -e	pomum, -i (n.)
agnus, -i (m.)	hiemalis, -e	porcellus, -i (m.)
agrestis, -e	immolāre	properāre
aptus, -a, -um	imus, a, um	prosperitas, -tatis (f.)
carmen, -minis (n.)	laneus, -a, -um	protegēre
competēre	Lar, Laris (m.)	quapropter
compitum, -i (n.)	latēre	referre
crustulum -i (n.)	lucus, -i (m.)	removēre
desilēre	muliebris, -e	repēre
dissimilis, -e	muralis, -e	serpens, -ntis (m./f.)
donum, -i (n.)	mus, muris (m.)	servāre
effigies, -ei (f.)	mutus, -a, -um	servīre
effugēre	nux, nucis (f.)	sigillum, -i (n.)
fabella, ae (f.)	obsistēre	silēre
fictilis, -e	palus, paludis (f.)	suspendēre
finitimus, -a, -um	parēre	tectum, -i (n.)
focus, -i (m.)	pertinēre	vertēre
foris, -is (f.)	pictura, -ae (f.)	virilis, -e
formāre		



DESCRIBE TABULAM

.....
.....
.....
.....
.....
.....

LECTIO VICESIMA SEXTA

DE VIRGINALIBUS DONIS

Pridie nuptiarum diem, Quintillā, ex cubiculi limine caput ostendens, sororem videt in thecā ponere multa puerilia: “Quid agis, Iuliā?”. “Intra, Quintillā! In thecā pono omnia mea puerilia ludicra: mos est enim virgines, ante nuptias, virginitatis dona Veneri consecrāre. Hodie templum adibo et deae omnia haec donabo”. “Possumne inspicere?”. “Certe! Haec rubrā pilā meā erat... quotiens lusimus inter nos vel cum aliis pueris! Olim eam in puteum iactavisti, te acerbe increpui et per tres dies nullum verbum inter nos fuit”. “Memini – inquit Quintillā -. Mater solā pacem conciliavit!”. “Haec mea crepundia erant... me infantem et plorantem permulcebant; et hic meus parvus equus ligneus erat: olim per totam villam traxi donec crura fregi”. “Oh miselle eque! A saevā puellā vulneratus es!” soror ridet. “Tandem haec meā pupā eburneā erat: pater muneri mihi dedit cum Romā domum revertit. Nullā aliā pupā a me amatā est quantum haec pupā: poteram artus eius flectere, eam lepide vestibus et gemmis ornare, comam componere...”. Iuliā tacet. “Sed nunc thecam claudere debeo: vale atque vale, felix pueritiā! Mox deis donaberis et a deis in perpetuum servaberis”.

Responde Latinā linguā:

1. Quando Iuliā sua puerilia ludicra in thecā ponit?
2. Cur Iuliā sua puerilia ludicra in thecā ponit?
3. Estne Iuliā laetā, ludicra in thecā ponens?
4. Cur Iuliā pueritiam suam in perpetuum valere iubet?
5. Quae ludicra Iuliae infanti erant?
6. Quot ludicra Iuliae puellae erant?
7. Num pupas tantum Iuliā puellā amabat?
8. Cur olim Iuliā sororem increpuit?
9. Cur pupam eburneam puellā amavit?

Muta sententias ab imperfecto ad perfectum:

1. Iuliā et Quintillā cum aliis pueris pilā in aulā ludebant.
2. Iuliae puellae multa ludicra erant.
3. Puer, ridens et hinniens, per aulam parvum equum ligneum trahebat.
4. Cum infans eram, multa crepundia frangebam.
5. Matres filios improbos increpabant.
6. Ancillā dominae pulchras armillas et gemmas dabat.
7. Tuis verbis animum meum vulnerabas et frangebas!
8. Cum Romā domum revertēbat, pater filiae animum sibi multis donis conciliabat.
9. Omnia quae amamus, tempus secum trahit.
10. Felix erat pueritiā meā.

Muta sententias in formam passivam:

1. Olim Quintillā pilam in puteum iactavit. Olim a Quintillā pil... in puteum iactat... est.
2. Olim ego te acerbe increpui. Olim tu acerbe a me increpit... es.
3. Mater solā pacem inter germanas conciliavit. A matre solā pa... inter germanas conciliat... est.
4. Parvum equum ligneum per totam villam traxi. Parv... equ... ligne... a me per totam villam tract... est.
5. Iuliā, saevā puellā, equi crura fregit. A Iuliā, saevā puellā, equi crur... fract... sunt.
6. Iuliā parvum equum vulneravit. A Iuliā parv... equ... vulnerat... est.
7. Pater Iuliae muneri dedit pupam eburneam. Pup... eburne... a patre muneri Iuliae dat... est.
8. Iuliā me amavit quantum nullam aliam pupam. Ego a Iuliā amat... sum quantum null... ali... pup...

DAL TESTO ALLA GRAMMATICA

- Nel testo viene introdotto un nuovo tempo verbale, il perfetto, che esprime un'azione collocata nel passato, sia che si tratti di un passato recente sia che si tratti di un passato più lontano; in ogni caso, l'azione è conclusa e definita, mentre l'azione ripetuta o prolungata viene espressa dall'imperfetto.

Hic meus parvus equus ligneus erat: olim per totam villam traxi donec crura fregi: si può rilevare la differenza tra l'imperfetto *erat*, che indica un'azione prolungata nel tempo, e i perfetti *traxi* (dal verbo *trahere*) e *fregi* (dal verbo *frangere*) che indicano un evento occasionale nel passato. Si osserva anche come il perfetto formi le sue voci sulla base di un tema verbale differente da quello del presente.

A saevā puellā vulneratus es! Si osserva la particolare modalità di formazione del perfetto passivo, che risulta composta da due parti strettamente connesse: la prima deriva dal verbo e concorda al nominativo con il soggetto in genere e numero, la seconda è costituita dal presente del verbo essere.

- *Memini – inquit Quintillā -. Mater solā pacem conciliavit!* Si osserva la presenza del verbo difettivo *memini*, privo delle forme derivate dal tema del presente e utilizzato nel perfetto con il senso di un presente.
- *Pater muneri mihi dedit cum Romā domum revertit.* Si riconosce in questa frase la costruzione del doppio dativo, già occasionalmente incontrata in precedenti lezioni: in questo caso il dativo della persona (*mihi*) e il secondo termine in dativo (*muneri*) sono connessi dal verbo *dare*.
- *Haec rubrā pilā meā erat, haec mea crepundia erant, hic meus parvus equus ligneus erat:* in queste brevi frasi viene introdotto l'aggettivo / pronome dimostrativo, utilizzato per indicare qualcosa di vicino a chi parla; l'identità di alcune forme (ad esempio il nominativo singolare femminile e il neutro plurale) si chiarisce nel contesto della frase in relazione al sostantivo e al verbo.

SCHEDA GRAMMATICALE N.26

26 A. INDICATIVO PERFETTO ATTIVO E PASSIVO

Si definisce “**paradigma**” del verbo una sequenza di voci verbali, sufficienti e necessarie per ricavare tutti i modi e i tempi di ogni verbo: da questo momento in avanti sarà necessario memorizzare i paradigmi dei verbi che verranno a mano a mano incontrati.

Per formare l'indicativo **perfetto attivo** è necessario utilizzare il tema del perfetto, diverso da quello del presente e ricavabile dal paradigma del verbo (è la terza voce); al tema si aggiungono poi direttamente le desinenze personali, identiche sia per tutte le coniugazioni regolari che per i verbi irregolari. La terza persona plurale presenta anche una forma contratta di uso più raro.

Per formare l'indicativo **perfetto passivo** è necessario utilizzare il tema del supino, diverso sia dal tema del presente che da quello del perfetto e ricavabile anch'esso dal paradigma (è la quarta voce); al tema si aggiungono le desinenze -us, -a, -um e il presente indicativo del verbo essere ottenendo così una forma composta da due voci, che deve ovviamente essere sempre concordata con il soggetto nel genere e nel numero.

Il perfetto viene utilizzato per indicare un'azione definita e conclusa nel passato, sia recente (il passato “prossimo” italiano) che lontano (il passato “remoto” italiano).

Verbo **ESSE**

fui
fuīsti
fuit
fuīmus
fuīstis
fuērunt (fuēre)

Verbo **AMĀRE**

amavi	amatus,-a,-um	sum
amavīsti	“	es
amavit	“	est
amavīmus	amati,-ae,-a	sumus
amavīstis	“	estis
amavērunt (amavēre)	“	sunt

Verbo **TERRĒRE**

terrui	territus,-a,-um	sum
terrūisti	“	es
terrui	“	est
terrūimus	territi,-ae,-a	sumus
terrūistis	“	estis
terrūrunt (terrūere)	“	sunt

Verbo DUCĒRE	duxī	ductus, -a, -um	sum
	duxīsti	“	es
	duxit	“	est
	duxīmus	ducti, -ae, -a	sumus
	duxīstis	“	estis
	duxērunt (duxēre)	“	sunt

Verbo AUDĪRE	audivī	auditus, -a, -um	sum
	audivīsti	“	es
	audivit	“	est
	audivīmus	auditi, -ae, -a	sumus
	audivīstis	“	estis
	audivērunt (audivēre)	“	sunt

Verbo RAPĒRE	rapuī	raptus, -a, -um	sum
	rapuīsti	“	es
	rapuit	“	est
	rapuīmus	rapti, -ae, -a	sumus
	rapuīstis	“	estis
	rapuērunt	“	sunt

In modo analogo si formano e si coniugano anche i perfetti dei verbi composti di ESSE e irregolari:

Verbo POSSE	potui, potuīsti, potuit, potuīmus, potuīstis, potuērunt
--------------------	---

Verbo PRAEESSE	praefui, praefuīsti, praefuit, praefuīmus, praefuīstis, praefuērunt
-----------------------	---

Verbo FERRE	tuli, tulīsti, tulit, tulīmus, tulīstis, tulērunt latus, -a, -um sum / es / est lati, -ae, -a sumus / estis / sunt
--------------------	--

Verbo IRE	ivi, ivīsti, ivit, ivīmus, ivīstis, ivērunt
------------------	---

Verbo VELLE	volui, voluīsti, voluit, voluīmus, voluīstis, voluērunt
--------------------	---

Verbo NOLLE	nolui, noluīsti, noluit, noluīmus, noluīstis, noluērunt
--------------------	---

Verbo MALLE	malui, maluīsti, maluit, maluīmus, maluīstis, maluērunt
--------------------	---

26 B. PERFETTI DIFETTIVI

Alcuni verbi latini possono essere considerati “difettivi”, in quanto possiedono solo il tema del perfetto e i tempi da esso derivati. I principali sono **memini**, **odi**, **coepi**. I primi due, inoltre, pur essendo grammaticalmente dei perfetti, assumono il significato di un presente.

“**Memini** – inquit Quintillā -. Mater solā pacem conciliavit!”

26 C. PRONOMI / AGGETTIVI DIMOSTRATIVI

Viene presentata qui di seguito la declinazione di uno dei pronomi / aggettivi dimostrativi, utilizzato per indicare qualcuno o qualcosa vicino a chi parla.

Singolare	Maschile	Femminile	Neutro
Nominativo	hic	haec	hoc
Genitivo	huius	huius	huius
Dativo	huic	huic	huic
Accusativo	hunc	hanc	hoc
Vocativo	-	-	-
Ablativo	hoc	hāc	hoc

Plurale	Maschile	Femminile	Neutro
Nominativo	hi	hae	haec
Genitivo	horum	harum	horum
Dativo	his	his	his
Accusativo	hos	has	haec
Vocativo	-	-	-
Ablativo	his	his	his

Haec rubrā pilā meā erat.

Haec mea crepundia fuerunt.....et **hic** meus parvus equus ligneus fuit.

Nullā aliā pupā a me amatā est quantum **haec** pupā.

EXERCITATIONES

1. Verte ad perfectum tempus:

amat – amatis - increpant – trahit – trahunt - das – damus – habet – habemus - audimus – scribo – scribitis - frangit – ludunt – possumus – potest – rapiunt – rapio – it – eunt – vis – vultis – nolumus – fers – ferunt

2. Verte ad perfectum tempus:

amatur – amamur – vulneramini – vulneror - traheris – trahuntur – frangitur – scribuntur – audiris – audiuntur – fertur – ferimini - datur – dantur - rapior – rapimur – increparis – increpamini – franguntur - auditur

3. Verte ad praesens tempus:

amavisti – amati sunt – tulit – tulimus – iverunt – ivimus - latus es – latae sumus – potuerunt – potui – scripsimus – raptus est – dedit – dedistis – vulnerati sunt – traxi – fregerunt – tracti sumus – voluisti – habuerunt

4. Elige optimum tempus et verte in Italicam linguam:

1. Marci Antonii oratoris filiã, quae in Campaniã vivebat, a piratis rapiebatur / raptã est. 2. Iam insulae litora videbantur, cum repente saevã procellã navem iactabat / iactavit et vela frangebatur / fregit. 3. Cum puerulus eram, semper pulchras fabellas audire volebam / volui. 4. Non sine lacrimis legere possum hanc epistulam, quae nuper mihi a tabellario dabatur / datã est. 5. Achilles, iratus, Hectoris corpus cotidie circa urbis moenia trahebat / traxit sed, verba infelicis Priami audiens, iram coercere poterat / potuit. 6. Multas res adversas iam ferebam / tuli; has quoque feram. 7. Imperator, seditionem timens, militum fidem sibi pecuniã conciliabat / conciliavit. 8. In hac pugnã omnes Romani milites, qui in primã acie erant / fuerunt, vulnerabantur / vulnerati sunt. 9. Cur hesterno die mecum templum adire nolebatis / nolulistis? 10. Ut primum Cyclopes audiebant / audiverunt Polyphemum clamãre, ad eius speluncam ibant / iverunt: “Polypheme! Quid accidit? Quis te vulneravit?”, sed hoc responsum Polyphemus dabat / dedit: “Nemo me vulneravit!”.

DE SERTIS CONIUGALIBUS

Dum Iuliā cum Flaviā apud Veneris templum Syracusis est, Quintillā cum Liciā et aliis ancillis herbas et flores in domi horto legit quia coronas conserere vult et, nuptiarum die, sertis domum ornare. “Primum nobis opus est viridi myrto coniugali, Veneri sacrā – inquit puellā -. Ancillae, colligite lenta myrti virgulta et in cistis ponite! Deinde nobis opus est thymo et olenti serpyllo. Dies faustus est! Magnam copiam video in hoc angulo horti...”. Dominā et ancillae brevi tempore multas cistas implent. Tum Quintillā dicit: “Nunc non possumus malo Punico carere, Proserpinae sacro, fecunditatis auspicio”. “Quid Punico pertinent ad Proserpinam?” Liciā rogat. “Tibi omnia explicabo – Quintillā docet -. Hoc malum “Punicum” appellatum est quia Carthagine in Italiam translatum est; praeterea in antiquis fabulis a pulchrā Proserpinā in Inferis gustatum est. Cum Proserpinā, violas et candida lilia in Siculis agris carpens, a Plutone raptā est, Ceres per terras undasque filiam quaesivit, iterum atque iterum eius nomen vocans, sed nusquam potuit eam reperire; mater flebat et flebat, palmis pectus percutiens; interea omnes arbores et flores languescebant, donec nymphā Arethusā deae patefecit Proserpinam Plutonis uxorem et reginam Inferorum esse. Tum Cereri oranti Iuppiter, deorum rex, reditum filiae promisit. Virgo tamen, errans in Inferorum hortis, Punicum pomum decerpit et aliquot grana de cortice sumpsit et ore suo pressit. Hac re, Parcarum voluntate, non licuit eam in terras in perpetuum redire, sed per sex menses cum matre, per sex menses cum viro vivere. Igitur, dum Proserpinā abest, terrā semper maestā est, sine floribus ac fructibus: autumnus et hiems adsunt; dum Proserpinā cum Cerere vivit, terrā semper laetā est: ver et aestas adsunt”. Eo tempore Flaviā domum redit et hortum spoliatum videt: “Quid accidit?” clamat. “Quis stragem in horto meo dedit? Quis arbores ac flores fregit? Me miserā!”. “Fugite, ancillae! – iubet Quintillā – Pluto cum Furiis pervenit”.

Responde Latinā linguā:

1. Cur Quintillā et ancillae in domi horto herbas legunt?
2. Ubi herbae et flores ponuntur?
3. Quae herbae a puellis leguntur?
4. Cur Quintillā dicit diem faustum esse?
5. Cur “malum Punicum” ita dicitur?
6. Cur mater, domum rediens, iratā est?
7. Quomodo Quintillā matrem iratam appellat?
8. Quot et quae anni tempora sunt?

Verte fabulam de Proserpinā ad praesens tempus:

Cum Proserpinā, violas et candida lilia in Siculis agris carpens, a Plutone rapitur, ...

Verte fabulam in colloquium:

In Inferis

Proserpinā: “Ubi sum? Quis es, tu? Cur in hunc locum me nolentem rapuisti?” / Pluto: “.....” / Proserpinā: “Nolo reginā Inferorum esse! Hic locus.....” / Pluto: “Noli flēre! Ecce, tibi dono dulce pomum.....”

In terrā

Ceres: “Ubi es, filiā meā?.....” / Arethusā nymphā: “Mater Ceres, filiā tuā.....”

In Olympo

Ceres: “Iuppiter, deorum pater, qui omnia vides, tu sciebas...” / Iuppiter: “Ceres, ...”

In Inferis

Mercurius: “Iuppiter iubet.....” / Parcae: “Non licet Proserpinam in terram revertēre, quia....” /

In Olympo

Iuppiter: “Haec meā ultimā sententiā est:.....”

NOVA VERBA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE VICESIMĀ SEXTĀ

abesse	fructus, -us (m.)	Pluto, Plutonis (m.)
acerbe	Furia, -ae (f.)	praeterea
angulus, -i (m.)	gemma, -ae (f.)	premĕre
auspiciū, -i (n.)	granum, -i (n.)	pridie
autumnus, -i (m.)	gustāre	promittĕre
candidus, -a, -um	hiems, hiemis (f.)	Proserpina, -ae (f.)
carĕre	iactāre	puerilis, -e
Carthago, -inis (f.)	infans, infantis	pueritia, -ae (f.)
Ceres, Cereris (f.)	languescĕre	Punicus, -a, -um
cista, -ae (f.)	lentus, -a, -um	puteus, -i (m.)
coma, -ae (f.)	lepide	quotiens
componĕre	licĕre	reperĭre
conciliāre	lilium, -i (n.)	serpyllum, -i (n.)
coniugalis, -e	limen, liminis (n.)	sertum, i (n.)
consecrāre	ludicer, -cra, -crum	strages, -is (f.)
cortex, corticis (m./f.)	malum, -i (n.)	theca, -ae (f.)
crepundia, -orum (n.)	munus, muneris (n.)	thymum, -i (n.)
crus, cruris (n.)	myrtus, -i (f.)	transferre
decerpĕre	nusquam	ver, veris (n.)
eburneus, -a, -um	palma, -ae (f.)	viola, -ae (f.)
explicāre	Parca, -ae (f.)	virginitas, -tatis (f.)
faustus, -a, -um	patefacĕre	virgulta, -orum (n.)
felix, felicis	percutĕre	viridis, -e
fecunditas, -tatis (f.)	permulcĕre	voluntas, -tatis (f.)
flectĕre	plorāre	

PARADIGMATA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE VICESIMĀ SEXTĀ

accido, -is, accidi, -ĕre	malo, mavis, malui, malle
amo, -as, -avi, -atum, -āre	nolo, non vis, nolui, nolle
appello, -as, -avi, -atum, -āre	patefacio, -is, -feci, -factum, -ĕre
audio, -is, -ivi, -itum, -īre	pervenio, -is, -veni, -ventum, -īre
concilio, -as, -avi, -atum, -āre	premo, -is, pressi, pressum, -ĕre
decerpo, -is, -cerpsi, -cerptum, -ĕre	promitto, -is, -misi, -missum, -ĕre
do, -as, dedi, datum, -āre	possum, potes, potui, posse
eo, is, ivi, itum, ire	quaero, -is, quaesivi, quaesitum, -ĕre
fero, fers, tuli, latum, ferre	rapio, -is, rapui, raptum, -ĕre
frango, -is, fregi, fractum, -ĕre	revertō, -is, -verti, -versum, -ĕre
gusto, -as, -avi, -atum, -āre	scribo, -is, scripsi, scriptum, -ĕre
habeo, -es, habui, habitum, -ĕre	sum, es, fui, esse
iacto, -as, -avi, -atum, -āre	sumo, -is, sumpsi, sumptum, -ĕre
increpo, -as, -crepui, -crepitum, -āre	traho, is, traxi, tractum, -ĕre
increpo, -as, -avi, -atum, -āre	transfero, -fers, -tuli, -latum, -ferre
licet, licuit, licĕre	volo, vis, volui, velle
ludo, -is, lusi, lusum, -ĕre	vulnero, -as, -avi, -atum, -āre



DESCRIBE TABULAM

.....

.....

.....

.....

.....

LECTIO VICESIMA SEPTIMA

DE NUPTIARUM DIE

Tandem nuptiarum dies adest! Ineunte die, familiā totā surgit quia multa fiēri debent. Pater familias in villae atrio sponsum et hospites accipere, mater familias sponsam ornare, soror cum servis aedium fores frondibus floribusque decorare, coquā cum ancillis cenam nuptialem parare debet. Sponsus primus in villam cum Plotio Varo pervenit: “Ave, Aule! – inquit Caius - Quid festinas? Num uxorem ducere cupis? Ahah! Sponsā nondum adest!”. Paulo post, auspiciis, propinquis et amicis paulatim magnā laetitiā convenientibus, in cubiculo suo Iuliā a matre ornatur: primum comā senis crinibus dirimitur, mox tunicā rectā induitur et cingulo laneo cingitur, deinde sponsā flammeo, quod caput et vultum velat, obnubitur et floribus olentis amaraci et myrti coronatur. Interea in culinā, instrumenta domestica adhibens, Afrā murmurat: “Hinc nihil possum spectare! Albā, dic, dic mihi: quid accidit?”. “Iuliā cum matre cubiculo exivit et in atrium perrexit, omnibus plaudentibus! Quam venustā est!”. “Et quid aliud? Dic, dic mihi!”. “Auspices albam ovem Iunoni pronubae immolaverunt et nunc exta in flammā ponunt... Tace! Eos audio dicentes auspicia optima esse et nuptias diis propitiis celebrari posse!”. “Non video, sed bene audio, stultā! Quid aliud fit? Dic, dic mihi”. “Coram testibus auspiciisque tabulae nuptiales signatae sunt a Caio et Plotio, et nunc Flaviā dexteris coniungit, omnibus *Feliciter* clamantibus!”. “Non video, sed bene audio, stultā! Iam tempus est: ancillae, ancillae, cenā nuptialis incipit! Onerate mensas dapibus, vinum ex amphoris in pocula infundite et cum diligentia ministrare!”.

Pone in ordine temporis:

1. Auspices dicunt auspicia optima esse.
2. Hospites in atrium perveniunt et a Caio Iulio accipiuntur.
3. Hospites *Feliciter* clamant.
4. Tabulae nuptialis signantur.
5. Albă ovis ab auspicibus immolatur.
6. Sponsă a matre in atrium ducitur.
7. Caius Iulius Aulo occurrit.
8. Quintillă ianuas floribus ornat.
9. Hospites ad triclinium contendunt.

Coniunge sententias adhibens ablativum absolutum:

1. Dies init / Totă familiă surgit.
2. Sponsus primus in villam pervenit / Sponsă nondum parată est.
3. Hospites in atrium conveniunt / Sponsă a matre ornatur.
4. Iuliă cubiculo exhibat et in atrium pergebat / Afră in culinā erat.
5. Sponsă et eius mater in atrium perveniunt / Omnes plaudunt.
6. Omnes spectant / Tabulae nuptiales signantur.
7. Omnes spectabant / Tabulae nuptiales signatae sunt.
8. Flaviă Auli et Iuliae dexteram coniungit / Omnes *Feliciter* clamant.
9. Omnes hospites in triclinium contendebant / Ancillae cenam ministrabant.

Coniunge sententias adhibens infinitivam:

1. Sponsă cubiculo exit et in atrium pergat / Albă videt...
2. Omnes hospites plaudunt / Albă audit...
3. Omnes hospites plaudebant / Albă audivit...
4. Auspices exta in flammis ponunt / Albă videt...
5. Nuptiae diis propitiis celebrantur / Albă audit...
6. Tabulae nuptiales signantur / Albă videt...
7. Tabulae nuptiales signabantur / Albă videbat...
8. A Flaviă dexteram coniunguntur / Albă videt...
9. Ancillae vinum ex amphoris infundunt et cenam ministrant / Afră iubet...

DAL TESTO ALLA GRAMMATICA

- Nel brano si osserva una forma arcaica di genitivo della prima declinazione, rimasto in uso in espressioni di carattere giuridico o ufficiale come *pater familias* / *mater familias*: *Pater familias in villae atrio sponsum et hospites accipere debet.*
- *Albā, dic, dic mihi*: si nota che l'imperativo del verbo *dicere* presenta, alla seconda persona singolare, una forma irregolare in cui si elide la vocale finale.
- Nelle frasi *Multa fieri debent* e *Quid aliud fit?* viene introdotto il verbo dalla coniugazione irregolare *fieri*: nel primo caso assume il valore di passivo del verbo *facere*, nel secondo è utilizzato come verbo impersonale equivalente a *accidit*.
- *Ineunte die, familiā totā surgit quia multa fieri debent*: in questa frase viene introdotta una particolare costruzione latina ("ablativo assoluto"), formata dal sostantivo *die* in ablativo e dal participio presente *ineunte* anch'esso in ablativo, in cui il sostantivo *dies* costituisce il soggetto logico del verbo *inire*. La frase subordinata, collocata all'inizio del periodo e ben distinta dalla principale anche dalla punteggiatura, esprime un'azione attiva e contemporanea alla reggente e assume in questo caso valore temporale: *ineunte die* equivale pertanto a *dum dies init...*
Auspicibus, propinquis et amicis paulatim magnā laetitiā convenientibus, in cubiculo suo Iuliā a matre ornatur: in questo caso i termini dell'ablativo assoluto sono tutti plurali e la frase subordinata, esprimendo un'azione attiva e contemporanea alla reggente, equivale a *Dum auspices, propinqui et amici paulatim magna laetitia conveniunt...*
Iuliā cum matre cubiculo exivit et in atrium perrexit, omnibus plaudentibus: in quest'altra situazione la reggente è al perfetto e, dal momento che l'ablativo assoluto esprime sempre contemporaneità, la frase equivale a *Iuliā cum matre cubiculo exivit et in atrium perrexit, dum omnes plaudent.*
Eos audio dicentes nuptias diis propitiis celebrari posse: si riconosce in questo caso un particolare ablativo assoluto, privo di participio.

SCHEDA GRAMMATICALE N.27

27 A. IMPERATIVI IRREGOLARI

Alcuni verbi, di cui i principali sono quelli qui di seguito riportati, presentano una irregolarità nella seconda persona singolare dell'imperativo, in cui si elide la vocale finale.

DICĒRE	dic	dicite
DUCĒRE	duc	ducite
FACĒRE	fac	facite
FERRE	fer	ferte

Albā, **dic, dic** mihi: quid accidit?

27 B. VERBO IRREGOLARE FIERI

INDICATIVO PRESENTE

ego **fio**
 tu **fis**
 is **fit**
 nos **firmus**
 vos **fitis**
 ii **fiunt**

INDICATIVO IMPERFETTO

ego **fiebam**
 tu **fiebas**
 is **fiebat**
 nos **fiebamus**
 vos **fiebatis**
 ii **fiebant**

INDICATIVO FUTURO

ego **fiam**
 tu **fies**
 is **fiet**
 nos **fiemus**
 vos **fietis**
 ii **fient**

INDICATIVO PERFETTO

ego **factus, -a, -um sum**
 tu " **es**
 is " **est**
 nos **facti, -ae, -a sumus**
 vos " **estis**
 ii " **sunt**

IMPERATIVO

fi
fite

Il verbo presenta alcune irregolarità nella coniugazione: infatti, il presente e i tempi derivati dal tema del presente hanno solo forma attiva, mentre il perfetto e i tempi da esso derivati hanno solo forma passiva. Il verbo inoltre può assumere diversi significati: viene normalmente impiegato come forma passiva del verbo **facēre** ma, alla terza persona singolare, può essere utilizzato in modo impersonale come sinonimo dei verbi **evenīre** o **accidēre**.

Familiā totā surgit quia multa **fiēri** debent.

Quid accidit? Quid aliud **fit**?

Quid accidet? Quid aliud **fiet**?

Quid accidit? Quid **factum est**?

27 C. SINTASSI: ABLATIVO ASSOLUTO CON PARTICIPIO PRESENTE

L'**ablativo assoluto** è formato da un sostantivo (o un aggettivo sostantivato o un pronome personale) in ablativo e da un participio ad esso concordato in ablativo: questo particolare costrutto equivale a una subordinata, in cui il participio presente esprime l'azione, sempre attiva e contemporanea alla reggente, e il sostantivo in ablativo esprime il soggetto logico di tale azione. La subordinata, a seconda del contesto, può assumere un valore temporale o causale, più raramente ipotetico o concessivo.

La condizione necessaria per cui tale costrutto possa essere utilizzato è la sua totale indipendenza dalla reggente (per questo viene definito "assoluto"): in sostanza, i soggetti devono essere sempre diversi e nella reggente non ci devono essere elementi grammaticali, come i pronomi, riferiti alla subordinata.

Ineunte die, familiā totā surgit.

Auspicious, propinquis et amicis paulatim magnā laetitiā **convenientibus**, in cubiculo suo Iuliā a matre ornatur.

Iuliā cum matre cubiculo exivit et in atrium perrexit, **omnibus plaudentibus!**

Esistono anche alcuni particolari ablativi assoluti, definiti "nominali", in cui due sono i sostantivi in ablativo e manca il participio come se fosse, per così dire, "sottinteso" il participio del verbo essere. Alcuni esempi sono i seguenti:

Romulo rege

Cicerone quaestore

Cn. Pompeio (et) M. Licinio Crasso consulibus

Spartaco duce

Diis invitis

Diis propitiis

Me vivo

Eos audio dicentes nuptias **diis propitiis** celebrāri posse.

EXERCITATIONES

1. Verte verbum ad praeteritum tempus: quid aliud mutāre debes?

1. Iuppiter, Peleo Thetidem uxorem ducente, vult omnes deos deasque praeter Discordiam ad nuptias invitāri. 2. Patres conscripti respondent nullum bellum, diis invitis, committi posse. 3. Servo se nihil scīre respondente, alii testes a iudicibus interrogantur. 4. Philosophi scribunt omnia fieri fato ducente. 5. A mulieribus, sacrum agmen praecedentibus et deae dona ferentibus, incognitā vox auditur.

2. Muta participium vel ablativum absolutum in aliam sententiam:

1. Viperā in herbis latente, puellā imprudens per agros currit. 2. Senatoribus silentibus, consulis vox auditā est. 3. Hostibus supervenientibus, dux castra munīri iubet. 4. Clamor hostium fugientium audiebatur. 5. Dux milites iubet impetum facēre in hostes fugientes. 6. Pueri, crepundia iactantes, matres vocant. 7. Viris ludos spectantibus, mulieres raptae sunt. 8. Igne silvam vastante, animalia ad flumen currebant salutem petentes. 9. Sideribus nitentibus, navis nocte cursum tenet. 10. Lux siderum nitentium navis cursum ducit.

3. Si licet, muta sententias ponens ablativum absolutum:

1. Romae, dum Romulus rex est, neque pontifices neque augures erant. 2. Si virtus dormit, gravia scelera fiunt. 3. Dum Lucius Caesar et Publius Rutilius consules sunt, universā Italiā arma contra Romam capiebat et bellum sociale fiebat. 4. Ut primum Graeci in urbem intrant, impetum in Troianos dormientes faciunt. 5. Quia hiems appropinquat, aves ad meridiem migrant. 6. Dum consul aciem instruit, magnā cum vehementiā terrae motus evenit. 7. Dum hospites in atrio expectantur, a domino lararium coronis ornatur. 8. Dum hostes ferro ignique urbem vastant, captivi maesta carmina murmurant. 9. Quia omnes consentiebant, senatus imperium belli Pompeio detulit. 10. Si Proserpinā abest, autumnus et hiems in terrā sunt.

DE HYMENAEO

Abeunte die, omnibus convivis consurgentibus et pingues mensas relinquentibus, Auli comites rapere simulant novam nuptam e gremio matris (ut, Romulo rege, Sabinae mulieres a Romanis raptae sunt) et ad virum deducere, qui, eam praecedens, Syracusis domi expectat. Ex villae limine Afrā novam nuptam videt raedā vehi et cum eā tres pueros esse, ardentibus taedis iter lustrantes, et unam puellam, colum ac lanam ferentem; propinquis, accolis, iuvenibus et pueris ad nuptialem pompam in magno numero accedentibus, coquā audit nuptialia carmina longe resonare:

“Io Hymenae Hymen, io Hymen Hymenae, coniugator boni amoris, huc veni: namque Iuliā Aulo nubit. Nihil dulce potest sine te Venus capere, at potest te volente. Nullā potest sine te domus liberos dare, at potest te volente. Io Hymenae Hymen, io Hymen Hymenae, dux bonae Veneris, huc veni.”...

Deinde, nocte superveniente, nihil amplius Afrā videre potest. “Vale, Iuliā, puellā!”, submissā voce dicit. Postridie, Quintillam interrogat: “Narra mihi, quaeso: quid proximā nocte factum est, pompā nuptiali Auli domum perveniente?”. “Tibi dicam: Aulus primum multas nuces pueris clamantibus sparsit, mox ante ianuam Iuliam interrogavit: 'Quod nomen tibi est?'. Iuliā, rite, 'Ubi tu Gaius, ego Gaia' laetā respondit”. “Deinde?”. “Deinde Aulus nuptam ulnis sustinens in atrium duxit, ubi aquā et igni acceptā est: haec enim – nescis? - primordia rerum et vitae causā putantur!”. “Noli petulans esse! Deinde?”. “Deinde probae mulieres, nuptam in thalamum ducentes, Aulum vocaverunt: 'Iam perge, marite! Uxor in thalamo tibi est, ore florido nitens'”. “Deinde?”. “Satis est, Afrā! Ianuae nobis clausae sunt”.

Responde Latinā linguā:

1. Quando convivae mensas relinquunt?
2. Cur Auli amici novam nuptam rapere simulant?
3. Quo nuptā raedā ducitur?
4. Quis pompae nuptiali interest? Quis, contra, non interest?
5. Quae signa muliebris operis cum nuptā feruntur?

6. Quis carmen Hymenaeum canit?
7. Pedibusne suis nuptā novae domus limen transit?
8. Cur aquā et ignis novae nuptae praebentur?
9. Quid est thalamus?

Exple sententias:

1. Ante nuptias feminā dicitur '.....'.
2. Post nuptias feminā dicitur '.....'.
3. Ante nuptias vir dicitur '.....'.
4. Post nuptias vir dicitur '.....'.
5. Flammeum puellae caput et vultum '.....'.
6. Recte dicimus feminam '.....' viro.
7. Recte dicimus virum '.....' feminam
8. Carmina, cenā, tabulae et omnia ad nuptias pertinentia '.....' dicuntur.

Muta ablativum absolutum vel participium in aliam sententiam idem significantem:

1. Abeunte die, omnes convivae consurgunt et mensas relinquunt.
2. Romulo rege, Sabinae mulieres a Romanis raptae sunt.
3. Afrā videt cum Iuliā tres pueros esse, ardentibus taedis iter lustrantes.
4. Afrā videt cum Iuliā unam puellam, colum ac lanam ferentem.
5. Multis iuvenibus et pueris ad pompam nuptialem accedentibus, laeta carmina audiuntur.
6. Nihil dulce potest sine te Venus capere, at potest te volente.
7. Nocte superveniente, nihil amplius Afrā videre potuit.
8. Quid proximā nocte factum est, pompā nuptiali Auli domum perveniente?
9. Aulus multas nuces pueris clamantibus sparsit.
10. Probae mulieres, nuptam in thalamum ducentes, Aulum vocabant.

NOVA VERBA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE VICESIMĀ SEPTIMĀ

accola, -ae (m.)	flammeum, -i (n.)	poculum, -i (n.)
adhibēre	floridus, -a, -um	pompa, -ae (f.)
aedes, -is (f.)	gremium, -i (n.)	praecedere
amaracus, -i (m./f.)	huc	primordium, -i (n.)
amplius	Hymenaeus, -i (m.)	probus, -a, -um
auspex, -spicis (m.)	ignis, -is (m.)	propinquus, -a, -um
cingere	induere	propitius, -a, -um
cingulum, -i (n.)	iter, itineris (n.)	rectus, -a, -um
colus, -us (f.)	Iuno, Iunonis (f.)	resonare
consurgere	maritus, -i (m.)	rite
conviva, -ae (m./f.)	ministrare	satis
coronare	mulier, -eris (f.)	signare
crinis, -is (m.)	murmurare	simulare
dapes, -ium (f.)	nitere	supervenire
dexter, -tera, -terum (dexter, -tra, -trum)	nubere	sustinere
dirimere	nupta, -ae (f.)	taeda, -ae (f.)
domesticus, -a, -um	obnubere	thalamus, -i (m.)
dux, ducis (m.)	onerare	ulna, -ae (f.)
expectare	ovis, -is (f.)	velare
festinare	petulans, -antis	venustus, -a, -um
	plaudere	vultus, -us (m.)

PARADIGMATA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE VICESIMĀ SEPTIMĀ

accipio, -is, -cepi, -ceptum, -ere	nubo, -is, nupsi, nuptum, -ere
claudio, -is, clausi, clausum, -ere	pergo, -is, perrexi, perrectum, -ere
duco, -is, duxi, ductum, -ere	respondeo, -es, -spondi, -sponsum, -ere
fio, fis, factus sum, fieri	signo, -as, -avi, -atum, -are
immolo, -as, -avi, -atum, -are	spargo, -is, sparsi, sparsum, -ere
interrogo, -as, -avi, -atum, -are	voco, -as, -avi, -atum, -are

CAPITULUM VIII

SYRACUSIS, 68 a.Ch.n.

LECTIO DUODETRICESIMA

DE HANNĀ, AULI NUTRICE

Domus urbanā, ubi Iuliā cum Aulo et familiā eius post nuptias vivit, multo amplior et magnificentior est quam villae domus: atrium maius est, cum aediculā marmoreā, ubi Lares Familiares cotidie a Tiberio Varo coluntur; hortus tam magnus quam elegans est, aquā e tribus fontibus saliente.

Paucis diebus post nuptias, Aulus: “Iuliā, cupio notam tibi esse Hannam – inquit -. Ut scis, puerulus eram, tertium annum agens, cum matrem meam ante tempus perdi. Hannā mihi nutrix adductā est, quae me lacte ac blanditiis aluit et non minus quam mater dilexit”. Sic dicens, Iuliam ducit ad cubiculum horto prospiciens. Ut Iuliā intrat, videt mulierem parvā staturā sedentem in subsellio et acu telam pingentem. Extemplo mulier surgit, exclamans: “Salvete, domini!”. Postea, Iuliam spectans oculis argutis et clarioribus quam caelo, addit: “Ave, Iuliā, dominā! Dicebant te pulchram esse, sed pulchriorem te video expectatione meā. Laetā sum quia iamdudum huic domui dominā deerat”. Deinde, ad parvam cistam accedens, bullam argenteam extrahit: “Hoc signum est Tanit, deae Punicae quae lunae et fecunditati praeest. Tibi libenter dono: sancte serva”.

Responde Latinā linguā:

1. Estne Iuliae domus rusticā tam magnā et magnificā quam domus urbanā?
2. Cur Aulo puero nutrix adductā est?
3. Quando Aulus nutrici commissus est?
4. Quomodo intellegere possumus Hannam Punicam esse?
5. Quomodo intellegere possumus Hannam sedulam mulierem esse?
6. Cur Hannā laetā est cum Iuliam primum videt?

DAL TESTO ALLA GRAMMATICA

Verbo DUCĒRE	ego ducerem tu duceres is duceret nos duceremus vos duceretis ii ducerent	ego ducerer tu duceris is duceretur nos duceremur vos duceremini ii ducerentur

Verbo AUDĪRE	ego audire m tu audire s is audire t nos audire mus vos audire tis ii audire nt	ego audire r tu audire ris is audire tur nos audire mur vos audire mini ii audire ntur
---------------------	--	---

Verbo RAPĒRE	ego rapere m tu rapere s is rapere t nos rapere mus vos rapere tis ii rapere nt	ego rapere r tu rapere ris is rapere tur nos rapere mur vos rapere mini ii rapere ntur
---------------------	--	---

Verbo **ESSE** essem, esses, esset, essemus, essetis, essent

Verbo **POSSE** possem, posses, posset, possemus, possetis, possent

Verbo **FERRE** ferrem, ferres, ferret, ferremus, ferretis, ferrent
ferrer, ferreris, ferretur, ferremur, ferremini, ferrentur

Verbo **IRE** irem, ires, iret, iremus, iretis, irent

Verbo **VELLE** vellem, velles, vellet, vellemus, velletis, vellent

Verbo **NOLLE** nollem, nolles, nollet, nollemus, nolletis, nollent

Verbo **MALLE** malle**m**, malle**s**, malle**t**, malle**mus**, malle**tis**, malle**nt**

Verbo **FIERI** fierem, fieres, fieret, fieremus, fieretis, fierent

31 C. COMPLEMENTI

Il c. di **fine**:

ad + accusativo

Apud Placidi thermopolium multi cives ordinis equestris **ad cenam** convenire solent.

genitivo + causā / gratiā

Apud Placidi thermopolium multi cives ordinis equestris **cenae causā** convenire solent.

dativo

Apud Placidi thermopolium multi cives ordinis equestris **cenae** convenire solent.

31 D. SINTASSI: SUBORDINATE FINALI

La subordinata finale è introdotta dalla congiunzione **ut** (se ha senso positivo) o **ne** (se ha senso negativo), seguita dal verbo al **congiuntivo presente o imperfetto**: il presente viene utilizzato se la reggente è al presente o al futuro, l'imperfetto se la reggente è all'imperfetto o al perfetto (tempo storico).

Nonne Lucullus proconsul cum exercitu iamdudum in Asiā est **ut bellum gerat?**

(Mithridates) nostrae provinciae imminet **ut totam Asiam in suam potestatem reducat.**

Vigilate, equites, **ne vester Pompeius alter Sullā sit.**

Legem dico, quae a Gaio Manilio, tribuno plebis, propositā est **ut Cneo Pompeio summum imperium belli contra Mithridatem tribueretur.**

Se nella finale è presente un comparativo, la congiunzione **ut** viene sostituita da **quo**.

31 E. PRONOMI / AGGETTIVI DETERMINATIVI

Viene presentata qui di seguito la declinazione del pronome / aggettivo determinativo **ipse, ipsa, ipsum** utilizzato per rafforzare e sottolineare la persona o la cosa di cui si sta parlando.

Singolare	Maschile	Femminile	Neutro
Nominativo	ipse	ipsā	ipsum
Genitivo	ipsius	ipsius	ipsius
Dativo	ipsi	ipsi	ipsi
Accusativo	ipsum	ipsam	ipsum
Vocativo	-	-	-
Ablativo	ipso	ipsā	ipso
Plurale	Maschile	Femminile	Neutro
Nominativo	ipsi	ipsae	ipsa
Genitivo	ipsorum	ipsarum	ipsorum
Dativo	ipsis	ipsis	ipsis
Accusativo	ipsos	ipsas	ipsa
Vocativo	-	-	-
Ablativo	ipsis	ipsis	ipsis

EXERCITATIONES

1. **Observe verbi formam et verte in Italicam linguam:**

gerat – mittantur – mitteres – gigneretur – necent – necaretur – appareat – liberarem – tribuerentur – tribuant – probarem – contendas – venirent – veniatis – fugiam – ducaris – ducamini – vinceremur – vincas – sileatis – viveret – vivat – invenires – inveniatur – diligam – diligerent – amittereris

2. **Observe verbi formam et verte in Italicam linguam:**

posset – simus – possim – eamus – velimus – eat – irem – feratis – nollet – ferrer – ferrentur – esses – sim – nolit – fiat – essemus – velles – fierent – velim – fiatis – iret – feras – fierem – mallent – possemus – eant – ferrem

3. **Exple sententias et verte in Italicam linguam:**

1. Romanis iam diu contra Samnites adversā fortunā pugnantibus, consul Romam redit/rediit ut senatum (consulēre). 2. Matronā cum ancillis ad tabernam appropinquat/appropinquavit ut unguenta (emēre). 3. Ulixes simulat/simulavit se insanire ne bello Troiano (interesse). 4. In maximo discrimine Romani dictatorem eligunt/eligebant ut res publicā (servāre). 5. Cervus, audiens venatorum voces cum canibus appropinquantium, quam celerrime currit/currebat ut mortem (effugēre). 6. Unum exemplum referam/rettuli, quo melius vos (intellegēre). 7. Ut Lucretius poetā narrat, Iphigeniā, Agamemnonis filiā, ab ipsā matre ad aram ducitur/ductā est non ut viro nubere (posse), sed ut hostiā infestis deis (praebere). 8. Ex patrum consilio Romulus legatos circa finitimas gentes mittit/misit ut societatem conubiumque (petere). 9. Sophocles poetā in ipsā senectute a filiis in iudicium vocatur/vocatus est, ut a iudicibus a re familiari (removēre).

DE CNAEO POMPEIO

Cum domum revertit, Tiberius omnia, quae in thermopolio evenerunt, Aulo et Iuliae narrat. “Iam saepe audivi patrem meum quoque istum Pompeium memorāre...” dicit Iuliā. “Istum Pompeium? Immo, illum Pompeium!” Tiberius corrigit. “Breviter te certiores faciam. Cnaeus Pompeius, filius Cn. Pompeii Strabonis consulis, in Piceno ex ordine senatorio genitus est et usque a primā adulescentiā in paterno exercitu militavit. Post patris mortem, annum vicesimum tertium agens, tres legiones collegit ut auxilio Sullae ex Asiā in Italiam redeunti veniret: brevi tempore propter laborem in negotiis, fortitudinem in periculis, celeritatem in consiliis maximā omnium admiratione affectus est; itaque, post multas victorias in Siciliā atque Africā, a Sullā ipso cognomen ei “Magnus” tributum et triumphus decretus est. Post dictatoris mortem, in Hispaniam Pompeius missus est, ut Metello, bellum contra Sertorium gerenti, subsidio esset. In itinere, victor Romam rediens, incidit in comites Spartaci superstites et omnes (fere quinque milia) necavit. Inde, favente populo, cum L. Crasso consulatum gessit. Post consulatum, quia piratae maria omnia infestabant et urbes vastabant, Pompeius cum plurimis viribus missus est ut eos opprimeret: brevissimo tempore non solum bellum confecit et orbem terrarum illā peste liberavit sed totam Ciliciam ad imperium populi Romani adiunxit. Itaque, ut Cicero dicit, ‘unius viri incredibilis virtus potuit lucem adferre rei publicae’. Ecce, hic est Pompeius noster”.

Muta participium vel ablativum absolutum in aliam sententiam:

1. Pompeius, post patris mortem, annum vicesimum tertium agens, tres legiones collegit.
2. Pompeius auxilio Sullae ex Asiā in Italiam redeunti venit.
3. In Hispaniam Pompeius missus est, ut Metello, bellum contra Sertorium gerenti, subsidio esset.
4. In itinere, victor Romam rediens, incidit in comites Spartaci.
5. Favente populo, cum L. Crasso consulatum gessit.

Pone in ordine temporis:

1. Pompeius consul factus est.
2. Pompeius Sullae legatus fuit.
3. Pompeio bellum piraticum a senatu commissum est.
4. Metellus, Pompeii auxilio, Sertorium profligavit.
5. Pompeius totam Ciliciam in potestatem populi Romani reduxit.
6. Servi seditiosi, Spartaci comites, a Pompeio in itinere oppressi sunt.
7. Pompeius primum in patris exercitu stipendia meruit.
8. Pompeius “Magnus” a Sullā ipso cognominatus est.

Muta sententias ad praesens tempus:

1. Post patris mortem, annum vicesimum tertium agens, tres legiones collegit ut auxilio Sullae ex Asiā in Italiam redeunti veniret.
2. Post dictatoris mortem, in Hispaniam Pompeius missus est, ut Metello, bellum contra Sertorium gerenti, subsidio esset.
3. Post consulatum, Pompeius cum plurimis viribus missus est ut piratas opprimeret.

Finge Pompeium ipsum nobis vitam suam narrāre: “Ego, Cnaeus Pompeius, in Piceno ex ordine senatorio genitus sum...”.

NOVA VERBA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE TRICESIMĀ PRIMĀ

abrumpĕre	incredibilis, -e	potestas, -atis (f.)
adiungĕre	infestāre	praedo, -onis (m.)
adulescentia, -ae (f.)	intermittĕre	proconsul, -is (m.)
afferre	labor, laboris (m.)	redire
audax, audacis	legio, -onis (f.)	reducĕre
celeritas, -tatis (f.)	meridies, -ei (m.)	reliquiae, -arum (f.)
Cilicia, -ae (f.)	militāre	rostra, -orum (n.)
consulatus, -us (m.)	opportunitas, -tatis (f.)	stomachosus, -a, -um
decernĕre	opprimĕre	superstes, -stitis (m.)
exercitus, -us (m.)	orbis, orbis (m.)	thermopolium, -i (n.)
exitus, -us (m.)	paternus, -a, -um	triumphus, -i (m.)
favĕre	pestis, pestis (f.)	victor, -toris (m.)
fortitudo, -dinis (f.)	plebs, plebis (f.)	

PARADIGMATA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE TRICESIMĀ PRIMĀ

adiungo, -is, -iunxi, -iunctum, -ĕre	libero, -as, -avi, -atum, -āre
afficio, -is, -feci, -fectum, -ĕre	milito, -as, -avi, -atum, -āre
colligo, -is, -legi, -lectum, -ĕre	mitto, -is, misi, missum, -ĕre
conficio, -is, -feci, -fectum, -ĕre	neco, -as, -avi, -atum, -āre
decerno, -is, -crevi, -cretum, -ĕre	probo, -as, -avi, -atum, -āre
gero, -is, gessi, gestum, -ĕre	propono, -is, -posui, -positum, -ĕre
gigno, -is, genui, genitum, -ĕre	tribuo, -is, tribui, tributum, -ĕre
incīdo, -is, incīdi, -ĕre	



DESCRIBE TABULAM

.....

.....

.....

.....

.....

LECTIO TRICESIMA SECUNDA

DE OPTIMO NEGOTIO

Maiis Idibus, tabellarius in urbem equo pervenit ut Tiberio Plotio litteras signatas reddat. Ut primum Tiberius signum removet et epistulam legit, hilari atque laeto vultu secum dicit: “Mirum! Utile semper est Romae amicis abundāre!”. Tum filium in tablinum vocat ut eum certiolem faciat: “Optimus nuntius nuper mihi allatus est. Censores statuerunt ut apud nos commeatus ad bellum Mithridaticum locarent: nunc senatus imperat ut brevissimo tempore nostrae naves onerariae ad Ciliciam solvant ut Pompeiano exercitui viginti milia modiorum frumenti et mille amphoras olearias advehant”. “Verumne dicis? Et quomodo potuisti...”. “Noli ex me quaerere 'quomodo'! Hoc negotium plurimi solvetur: satis tibi est”, pater acerbe respondet. Paulo post benignius addit: “Nunc mihi tuo subsidio opus est ut omnia necessaria quam primum parāri possint: ego curabo ut frumentum ex horreis in naves imponam oleumque bene emam, tu cura ut vela ac rudentes inspicias et nautas conducas. Diis faventibus, res feliciter eveniet”.

Responde Latinā linguā:

1. Unde venit tabellarius?
2. Quis eum Syracusas misit?
3. Cur Tiberius magnā laetitiā afficitur, epistulam legens?
4. Quis commeatus ad bellum locavit?
5. Quomodo Tiberius potuit commeatus ad bellum conducere?
6. Num “locāre” et “conducere” idem significant?
7. Quo Tiberii navibus frumentum et oleum vehi debent?
8. Quid pater Aulo imperat ut brevi tempore agat?

DAL TESTO ALLA GRAMMATICA

- Nel testo si incontrano per la prima volta le subordinate complete volitive, identiche alle finali dal punto di vista formale ma ben distinte dal punto di vista del senso.

*Censores **statuerunt ut** apud nos commeatus ad bellum Mithridaticum **locarent***: come nel caso di una finale la subordinata è introdotta dalla congiunzione **ut** e presenta il verbo **locarent** al congiuntivo imperfetto, dipendente dal tempo storico della reggente. Essa tuttavia non esprime lo scopo, ma l'oggetto della reggente *Censores statuerunt*: il fatto che non sia espressa con accusativo e infinito, come una normale oggettiva, dipende dalla costruzione richiesta dal verbo *statuere*.

*Nunc senatus **imperat ut** brevissimo tempore nostrae naves onerariae ad Ciliciam **solvant ut** Pompeiano exercitui viginti milia modiorum frumenti et mille amphoras olearias **advehant***: in questo caso la prima subordinata **ut nostrae naves solvant** esprime l'oggetto del verbo **imperat**, che vuole dopo di sé la completa, mentre la seconda subordinata **ut Pompeiano exercitui advehant** esprime lo scopo del verbo **solvere**. La prima subordinata equivale in sostanza alla frase: *Nunc senatus iubet nostras naves onerarias ad Ciliciamolvere*.

- E' possibile riconoscere nel testo due particolari genitivi, entrambi già noti dalle precedenti unità: il primo è utilizzato per il complemento partitivo (*viginti milia **modiorum frumenti***), il secondo per il complemento di prezzo indeterminato (*Hoc negotium **plurimi** solvetur*).
- Si sottolinea infine la particolare espressione, già occasionalmente incontrata, **opus est** che si costruisce con il dativo della persona che ha bisogno (**mihī**) e l'ablativo della cosa di cui si ha bisogno (**tuo subsidio**).

SCHEMA GRAMMATICALE N.32

32 A. SINTASSI: SUBORDINATE COMPLETIVE VOLITIVE

La subordinata completiva volitiva è formalmente identica alla finale: anch'essa è introdotta dalla congiunzione **ut** (se ha senso positivo) o **ne** (se ha senso negativo), seguita dal verbo al **congiuntivo presente o imperfetto**: anche in questo caso il presente viene utilizzato se la reggente è al presente o al futuro, l'imperfetto se la reggente è all'imperfetto o al perfetto (tempo storico). Ben diverso è tuttavia il senso della completiva, che non indica lo scopo dell'azione espressa dal verbo reggente, ma la completa indicandone l'oggetto. Tale subordinata si trova in dipendenza da numerosi verbi, come quelli che esprimono richiesta (**orāre**, **rogāre**, **petēre**), esortazione (**suadēre**, **monēre**) ordine (**imperāre**), decisione (**statuēre**, **decernēre**), timore (**timēre**).

Nunc senatus **imperat ut** brevissimo tempore nostrae naves onerariae ad Ciliciam **solvent**.

Ego **curabo ut** frumentum ex horreis in naves **imponam** oleumque bene **emam**, tu **cura ut** vela ac rudentes inspicias et nautas **conducas**.

Censores **statuerunt ut** apud nos commeatus ad bellum Mithridaticum **locarent**.

Nel caso specifico dei verbi di timore, inoltre, la completiva è introdotta da **ne**, se si teme che si verifichi qualcosa che non si desidera (**timeo ne vitam amittas** = nolo te vitam amittēre!), è introdotta da **ut** se si teme che non si verifichi qualcosa che si desidera (**timeo ut frumentum satis commode ferri possit** = volo frumentum satis commode ferri posse!).

EXERCITATIONES

1. Exple sententias et verte in Italicam linguam:

1. Ut consul in hostium finibus castra (ponēre), legati ad eum venerunt ut pacem (petēre). 2. Pater filium monet, ut magistros suos non minus quam ipsa studia (amāre) et quasi mentis parentes (habēre). 3. Ut Marcellus consul ex superioribus locis urbem, omnium illo tempore pulcherrimam, (vidēre), diu flevit. 4. Dominus epistulā uxorem rogat ut omnia in villā parata (esse). 5. Licurgus imperavit ut virgines sine dote (nubēre), ut uxores (eligēre) non divitiae. 6. Dux, timens ne captivi (fugēre), statuit ut vigilias (duplicāre). 7. Sabini milites Tarpeiae, improbae puellae Romanae, suaserunt ut urbis portas (aperīre). 8. Mihi tuo adventu opus est: quare cura ut domum quam primum (redīre). 9. Dominus servo imperavit ut in foro pisces et panem bene (emēre). 10. Ut Mithridates cives Romanos necāri (iubēre), bellum a senatu indictum est.

2. Muta sententias adhibens “imperāre” pro “iubēre”:

1. Ineunte hieme, dux iussit castra in idoneum locum transferri. 2. Atilius Regulus in senatu patres conscriptos iubet fidem hostibus non praebēre. 3. Laocoon, Neptuni sacerdos, Troianos iussit equum in urbem non trahēre. 4. Pater iubet filium ante noctem domum redīre. 5. Senatus summum imperium Pompeio tradi iussit.

3. Muta sententias in orationem obliquam:

1. Caius monet/monuit: “Amici, mecum considite!”. 2. Caius dicit/dixit: “Filius meus ad litus contendit”. 3. Caius imperat/imperavit: “Fili mi, ad litus contende!”. 4. Caius orat/oravit: “Fili mi, noli ad litus contendēre”. 5. Caius iubet/iussit: “Coquā, cenam para!”. 6. Caius petit/petivit: “Coquā, cenam para!”. 7. Caius uxorem certiore facit/fecit: “Coquā cenam non parat”. 8. Caius timet/timuit: “Coquā cenam non parat”.

CONIUGES IURGANT

Post cenam, Aulus omnia de paterno negotio Iuliae refert: “... et praeter haec omnia, patri meo tandem suasi ut me quoque secum in Asiam duceret!”. “Quid? – exclamat Iuliā – Insanivistine? Cur... cur tam longam navigationem suscipere vis? Quis tibi suasit ut pecuniam quaereres per undas? Hoc timeo, ne me absente pereas, ne vitam inter procellas ac praedones amittas!”. “Noli timere, Iulia, deliciae meae! – Aulus respondet. - Hoc anni tempore venti secundi navium cursum expediunt et mare, post bellum piraticum, iam tutum mercatoribus factum est. Pater ipse optimus gubernator est. Noli timere!”. “Aule, Aule, te oro, si adhuc precibus locus est, ut hoc insano consilio desistas! Mane! Quo fugis? Nonne te noster amor et conubia nostra tenent?”: plura dicere dolor prohibet et aegram uxor, inter lacrimas virum aegrum relinquens, in thalamum fugit.

Scilicet provinciae Asiae causam non modo pax publicam, sed etiam pax domesticam deponitur.

Responde Latinam linguam:

1. Quid Aulus patri suasit?
2. Cur Iuliā primum iratam, deinde maestam est?
3. Quid timet?
4. Quid Aulum rogat?
5. Quo anni tempore res evenit?
6. Cur Aulus dicit mare tutum esse?

Verte sententias in orationem obliquam:

1. Iulia monet / monuit: “Aule, noli tam longam navigationem suscipere!”.
2. Aulus Iuliae suadet /suasit: “Noli timere!”.
3. Iulia orat / oravit: “Aule, tuo insano consilio desiste!”.
4. Aulus dicit / dixit: “Pater meus optimus gubernator est!”.
5. Iulia imperat / imperavit: “Aule, noli pecuniam quaerere per undas!”.
6. Iulia iubet / iussit: “Aule, noli pecuniam quaerere per undas!”.

NOVA VERBA QVAE ADHIBENTUR IN LECTIONE TRICESIMĀ SECUNDĀ

abundāre	expedīre	modius, -i (m.)
advehēre	gubernator, -oris (m.)	nuntius, -i (m.)
aeger, -gra, -grum	hilaris, -e	perīre
commeatus, -us (m.)	horreum, -i (n.)	prex, precis (f.)
conducēre	Idus, -uum (f.)	prohibēre
conubium, -i (n.)	imperāre	rudens, -entis (m.)
cursus, -us (m.)	insanīre	scilicet
desistēre	locāre	suadēre
		tabellarius, -i (m.)

PARADIGMATA QVAE ADHIBENTUR IN LECTIONE TRICESIMĀ SECUNDĀ

affero, -fers, attuli, allatum, -ferre	statuo, -is, statui, statutum, -ēre
insanio, -is, -ivi, -itum, -īre	suadeo, -es, suasi, suasum, -ēre

LECTIO TRICESIMA TERTIA

AD ASIAM!

Cum dies profectionis adsit, primā luce Aulus cum Iuliā, Hannā et Attico, fidelissimo inter servos, ad portum raedā contendit. Tiberius iam filium apud naves expectat: nam superiore nocte in portu vigilavit, cum furtum timeret ex navibus frumento onustis. Cum omnes appropinquantem videat, exclamat: “Tempus est! Omnia ad iter parata sunt et iam Auster vela tendit. Age, Aule! Et tu, Iuliā, filiā meā, noli sollicitā esse! Virum quam primum ad te integrum et sospitem reducam”. Tum Aulus Attico iterum atque iterum imperat ut, se absente, mulieres quam optime curet; postea brachia uxoris collo circumdat et suprema oscula iungit, lacrimas lacrimis confundens; denique ab amplexu solvitur et navem conscendit, cum vix possit dicere “Vale!”. Naves ancoras solvunt et lentae portum relinquunt. Infelix Iuliā, dum potest, oculis virum suum spectat et vela abeuntia et mare infinitum. Tum Hannā, dominam leniter sustinens, ad raedam ducit.

Responde Latinā linguā:

1. Ad quem finem Aulus primā luce ad portum contendit?
2. Ad quem finem Tiberius domi non dormivit?
3. Quid est Auster?
4. Quid Aulus Attico imperat et quid Tiberius Aulo imperat?
5. Cur et Aulus et Iuliā in portu maesti sunt?
6. Quid Iuliā agit, navibus solventibus?

DAL TESTO ALLA GRAMMATICA

- Nel testo si incontrano per la prima volta le subordinate narrative: la congiunzione *cum*, già nota per il suo valore temporale se accompagnata dall'indicativo, è qui seguita invece dal verbo al congiuntivo.

Cum dies profectionis adsit, primā luce Aulus cum Iuliā, Hannā et Attico, ad portum raedā contendit: la subordinata è introdotta dalla congiunzione *cum* e presenta il verbo *adsit* al congiuntivo presente, in dipendenza da una reggente al presente rispetto alla quale la subordinata esprime una circostanza contemporanea. La frase *Cum dies profectionis adsit* equivale sostanzialmente alla frase *Quia dies profectionis adest.*

(Tiberius) superiore nocte in portu vigilavit, cum furtum timeret ex navibus frumento onustis: in questo caso la congiunzione *cum* è seguita da un congiuntivo imperfetto, dal momento che la reggente è espressa da una tempo storico; il rapporto tra le due frasi è sempre di contemporaneità. Il senso equivale a *(Tiberius) superiore nocte in portu vigilavit, quia furtum timebat ex navibus frumento onustis.*

Cum omnes appropinquantes videat, exclamat: anche in questo caso il rapporto tra la reggente *exclamat* e la subordinata *cum videat* è di contemporaneità, mentre il senso è quello di una circostanza sia temporale che causale: *Cum videt et quia videt, Tiberius exclamat.*

- *Postea brachia uxoris collo circumdat et suprema oscula iungit:* in questa frase è possibile riconoscere nel testo una particolare costruzione del verbo *circumdāre* che, a differenza dell'italiano, vuole il dativo della cosa circondata (*uxoris collo*) e l'accusativo della cosa che circonda (*brachia*); il verbo può utilizzare in ogni caso anche la costruzione, più semplice in quanto identica all'italiano, *uxoris collum brachiis circumdāre.*
- *Infelix Iuliā, dum potest, oculis virum suum spectat:* in questa frase si sottolinea un diverso senso della già nota congiunzione temporale *dum*, qui equivalente a *donec.*

SCHEMA GRAMMATICALE N.33

33 A. SINTASSI: SUBORDINATE NARRATIVE

La subordinata narrativa è introdotta dalla congiunzione **cum** e utilizza il verbo al **congiuntivo presente** o **imperfetto** per esprimere un rapporto di contemporaneità rispetto alla sua reggente: il presente viene utilizzato se la reggente è al presente o al futuro, l'imperfetto se la reggente è all'imperfetto o al perfetto (tempo storico). Il senso può essere quello di una circostanza temporale oppure di una circostanza causale oppure, in qualche caso, di una circostanza intermedia, che comprende sia una sfumatura temporale che una causale.

Cum dies profectionis **adsit**, primā luce Aulus cum Iuliā, Hannā et Attico, fidelissimo inter servos, ad portum raedā **contendit**.

Denique ab amplexu **solvitur** et navem **conscendit**, **cum** vix **possit** dicere "Vale!".

Cum omnes appropinquantes **videat**, **exclamat**:

Nam (Tiberius) superiore nocte in portu **vigilavit**, **cum furtum timeret** ex navibus frumento onustus.

La costruzione del **cum** + congiuntivo è in realtà alternativa, oltre che ad una subordinata esplicita, anche a quella dell'ablativo assoluto con participio presente, rispetto alla quale presenta tuttavia meno restrizioni:

- può essere utilizzata sia con verbi attivi che con verbi passivi, mentre il participio presente dell'ablativo assoluto è solo attivo;
- può presentare lo stesso soggetto della reggente o un soggetto diverso, mentre l'ablativo assoluto presenta obbligatoriamente un soggetto diverso e non ha legami morfosintattici con la reggente.

Cum hiems appropinquet, aves ad meridiem migrant =

Dum hiems appropinquat, aves ad meridiem migrant =

Quia hiems appropinquat, aves ad meridiem migrant =

Hieme appropinquante, aves ad meridiem migrant.

Cum hiems appropinquaret, aves ad meridiem migrabant =

Dum hiems appropinquat, aves ad meridiem migrabant =

Quia hiems appropinquabat, aves ad meridiem migrabant =

Hieme appropinquante, aves ad meridiem migrabant.

EXERCITATIONES

1. Exple sententias et verte in Italicam linguam:

1. Cum legati Prusiae regis Romae apud T. Quintium Flaminium (cenāre), unus ex iis dixit Hannibalem in Prusiae regno esse. 2. Cum dux aciem (instruēre), magnā cum vehementiā terrae motus evenit. 3. Cum Brennus, Gallorum dux, Romam capere (velle), per Etruriam transiit agros urbesque incendens et apud Urbem castra posuit. 4. Cum nox iam (supervenire), domum contendam. 5. Cum omnes (consentire), senatus imperium belli in piratas Pompeio tribuebat. 6. Cum (scire) patrem ob nostram profectionem sollicitum esse, ei epistulam misimus. 7. Cum frumentum magni (venire), plebs seditionem facit.

2. Si licet, muta sententias adhibens ablativum absolutum:

1. Cum dux equites oppido circumdaret, cives pacem petiverunt. 2. Cum praedones naves intercipient, frumenti pretium in dies augetur. 3. Cum praedones naves frumento onustas interciperent, senatus bellum contra eos decrevit. 4. Cum videat navem ventis adversis cursum tenere, gubernator nautas iubet vela contrahere. 5. Cum Peleus Thetidem uxorem duceret, Iuppiter omnes deos deasque praeter Discordiam invitavit. 6. Cum naufragi undis ad litora iactarentur, incolae accurrebant ut auxilium ferrent. 7. Cum virtus dormit, gravissima scelera fiunt.

3. Muta ablativum absolutum in 'cum + coniunctivum':

1. Viperā in herbis latente, puellā imprudens per agros currit. 2. Senatoribus silentibus, consulis vox auditā est. 3. Hostibus supervenientibus, dux castra munire iubet. 4. Viris ludos spectantibus, mulieres raptae sunt. 5. Igne silvam vastante, animalia ad flumen currebant salutem petentes. 6. Sideribus nitentibus, navis nocte cursum tenet. 7. Nocte superveniente, nihil amplius gubernator videre potuit.

FABULA DE ELISSĀ

Aulo ad Asiam navigante, Hannā nutrix, cum Iuliae animum maestum et afflictum recreāre velit, fabulam de Elissā, strenuā muliere, narrat.

“Rex Tyri, clarae et antiquae Phoenicum urbis, vitam amisit, cum regni heredes relinqueret filium Pygmalionem et Elissam filiam. Elissae coniunx Sychaeus erat, ditissimus vir et uxori carissimus. Sed Pygmalion, cum Sychaei divitias cuperet, clam Sychaeum ferro necavit; diu scelus celavit et multa simulavit ut aegram amantem vanā spe eluderet. Sed coniugis imago Elissae in somnio venit et horrendum scelus patefecit, mulierem iubens celerāre fugam et patria excedere, ut novum locum sibi tutum quaereret. Itaque mulier tacite fugam paravit cum Hannā sorore et nonnullis principibus, qui in animo odium in regem habebant vel fugae cupiditatem. Tyro profugi, post longam navigationem, in Lybiae sinum pervenerunt. Sed, ut primum naves ad litus ancoras iecerunt, Getuli equites convenerunt ut proelium committerent. Eorum rex, nomine Iarbas, vir magnā vi et animi et corporis, minaci voce advenis imperavit ut statim discederent sed Elissā, strenuā ac callidā feminā, foedus cum eo fecit. Nam Iarbas, cum cuperet mulierem decipere, magno pondere auri ei vendidit locum qui corio taurino tegi posset. Tum callidā Elissā imperavit ut in tenuissimas partes corium secaretur ut magnus locus apud litus circumdaretur: hic novam urbem Carthaginem condidit. Brevi tempore, cum finitimi mercaturae causā saepe in urbem confluerent et ibi sedes statuerent, civitas plurimum crevit: sic pulcherrimā Elissā maximae et ditissimae urbis reginā factā est”.

Pone in ordine temporis:

1. A Pygmalione Elissae vir interficitur.
2. Elissā cum sorore et principibus in Lybiam pervenit.
3. Elissā diu Sychaei mortem ignorat.
4. Ab Elissā novā urbs conditur.
5. Pygmalion et Elissā hereditate regnum a patre accipiunt.
6. Sychaei imago Elissae imperat ut quam celerrime fugiat.

7. Africae incolae profugos ex litore expellunt.
8. Iarbas plurimi vendit parvum locum.
9. Elissā Iarbam decipit.

Muta ‘cum + coniunctivum’ in aliam sententiam idem significantem:

1. Hannā nutrix, cum Iuliae animum maestum et afflictum recreāre velit, fabulam de strenuā muliere narrat.
2. Rex Tyri, clarae et antiquae Phoenicum urbis, vitam amisit, cum regni heredes relinqueret filium Pygmalionem et Elissam filiam.
3. Pygmalion, cum Sychaei divitias cuperet, clam Sychaeum ferro necavit.
4. Iarbas, cum cuperet mulierem decipere, magno pondere auri ei vendidit locum qui corio taurino tegi posset.
5. Brevi tempore, cum finitimi mercaturae causā saepe in urbem confluerent et ibi sedes statuerent, civitas plurimum crevit.

Observa sententias: quid sunt?

1. Diu scelus celavit et multa simulavit ut aegram amantem vanā spe eluderet.
2. Sed coniugis imago Elissae horrendum scelus patefecit, mulierem iubens celerāre fugam et patria excedere, ut novum locum sibi tutum quaereret.
3. Ut naves ad litus ancoras iecerunt, Getuli equites convenerunt ut proelium committerent.
4. Eorum rex minaci voce advenis imperavit ut statim discederent.
5. Callidā Elissā imperavit ut in tenuissimas partes corium secaretur ut magnus locus apud litus circumdaretur.

NOVA VERBA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE TRICESIMĀ TERTIĀ

afflictus, -a, -um	heres, -edis (m./f.)	proelium, -i (n.)
amplexus, -us (m.)	horrendus, -a, -um	profectio, -onis (f.)
Auster, -stri (m.)	imago, -ginis (f.)	profugus, -a, -um
brachium, -i (n.)	infinitus, -a, -um	recreāre
carus, -a, -um	iungēre	secāre
celāre	leniter	sedes, -is (f.)
celerāre	litus, litoris (n.)	sollicitus, -a, -um
condēre	minax, minacis	somnium, -i (n.)
confluēre	navigāre	sospes, sospitis
confundēre	odium, -i (n.)	taurinus, -a, -um
corium, -i (n.)	onustus, -a, -um	tendēre
diu	paratus, -a, -um	Tyrus, -i (f.)
dives, divitis	patria, -ae (f.)	vanus, -a, -um
eludēre	Phoenices, -um (m.)	vix

PARADIGMATA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE TRICESIMĀ TERTIĀ

amitto, -is, -misi, -missum, -ēre	impero, -as, -avi, -atum, -āre
celo, -as, -avi, -atum, -āre	paro, -as, -avi, -atum, -āre
condo, -is, -didi, -ditum, -ēre	simulo, -as, -avi, -atum, -āre
convenio, -is, -veni, -ventum, -īre	vendo, -is, vendidi, venditum, -ēre
cresco, -is, crevi, cretum, -ēre	venio, -is, veni, ventum, -īre
iacio, -is, ieci, iactum, -ēre	



DESCRIBE TABULAM

.....

.....

.....

.....

.....

LECTIO TRICESIMA QUARTA

DE IULIAE REDITU

Cum nullam epistulam ab Aulo accipiat, Iuliā magis magisque sollicitudine conficitur nec ullo modo eius animus recreāri potest: tandem, Hannae hortatu, statuit ut in villam per aliquot dies redeat. Flaviā, ut primum de inopinato Iuliae reditu per ancillas certior fit, laetā occurrens, inter oscula ex filiā quaerit quomodo valeat et num nuntium de Aulo afferat. Eo ipso tempore Demetrius cum Quintillā ex interiore domo in atrium pervenit et, dum soror ob Iuliae adventum exsultat, medicus Flaviae refert: “Vulnus paucis diebus sanabitur. Caius aliquamdiu ambulāre non poterit, sed periculum averterunt Quintillae curae. Nescio quae virgo tam herbarum scientiae peritā sit quam filiā tuā...”. Postea, discedens, addit: “Mox redibo ut vulnus inspiciam. Valete, dominae!”. Tum Iuliā, omnium rerum ignarā, matrem interrogat quid Demetrii verba significāre velint. “Pater ipse tibi omnia narrabit. Veni mecum!”. Cum patris cubiculum ineat, Iuliā Caium videt pallidum in lecto iacere, laevo pede obligato. “Quid agis, pater?”. “Filiā meā, pater tuus iam senex ineptus factus est! Tabulas ligneas cum vilico secabam ut bubilis tectum reficerem, cum (nescio casu an deorum voluntate) serrā mihi de manibus cecidit et pedem graviter vulneravit. Una cum sanguine vitam effluere sentiebam, sed vilicus nesciebat quid ageret, servi nesciebant quid agerent, nemo sciebat quid ageret... praeter Quintillam meam, quae sine morā vulnus abluit, medicamento unxit et pedem obligavit ut sanguinem supprimeret”. “Quid mirum est? Constat achilleam, praesertim cum aloe mixtam, optimam esse ut vulnus ad cicatricem perducatur” Quintillā docet, stupentibus omnibus.

Responde Latinā linguā:

1. Cur Iuliā in villam redit?
2. Quis Flaviam certiores facit de Iuliae reditu?
3. Ubi est Quintillā dum Iuliā domum pervenit?

4. Estne Quintillā laetā ob sororis reditum?
5. Scitne Flaviā Aulum domo longe abesse?
6. Cur Caius in lecto iacet?
7. Quomodo Caius sibi pedem vulneravit?
8. Quis et quomodo Cai vulnus curavit?
9. Quid Demetrius de Quintillā cogitat?

Verte sententias in orationem rectam:

1. Flaviā inter oscula ex filiā quaerit quomodo valeat et num nuntium de Aulo afferat.
2. Nescio quae virgo tam herbarum scientiae peritā sit quam filiā tuā.
3. Tum Iuliā, omnium rerum ignarā, matrem interrogat quid Demetrii verba significāre velint.
4. Nescio casu hoc fiat an deorum voluntate.
5. Vilicus nesciebat quid ageret, servi nesciebant quid agerent, nemo sciebat quid ageret.

Verte sententias in orationem obliquam:

1. Hannā ex Iuliā quaerit / quaesivit: “Cur per aliquot dies apud parentes tuos non redis?”.
2. Mater filiam rogat / rogavit: “Quid agis?”.
3. Medicus incertus est / erat: “Quid facio?”.
4. Filiā ex omnibus quaerit / quaesivit: “Quid mirum est?”.
5. Servi nesciunt / nesciebant: “Utrum vilicum an medicum vocamus?”.

Finge Iuliam ipsam reditum suum narrāre: “Cum nullam epistulam ab Aulo accipiam, magis magisque sollicitudine conficior nec ullo modo meus animus recreāri potest...”

DAL TESTO ALLA GRAMMATICA

- Nel testo si incontrano per la prima volta le subordinate interrogative indirette, caratterizzate – a differenza di quelle dirette – dal verbo al congiuntivo.

Flaviā inter oscula ex filiā quaerit quomodo valeat et num nuntium de Aulo afferat: le due interrogative indirette sono introdotte dagli stessi avverbi utilizzati per la forma diretta, ma presentano i verbi *valeat* e *afferat* al congiuntivo presente che esprimono un rapporto di contemporaneità rispetto a una reggente al presente.

Una cum sanguine vitam effluere sentiebam, sed vilicus nesciebat quid ageret, servi nesciebant quid agerent, nemo sciebat quid ageret: in questo caso le interrogative sono introdotte dal già noto pronome interrogativo neutro, ma presentano i verbi *ageret* e *agerent* al congiuntivo imperfetto che esprimono un rapporto di contemporaneità rispetto a una reggente al tempo storico.

Nescio quae virgo tam herbarum scientiā peritā sit quam filiā tuā: in questo caso si riconosce l'aggettivo interrogativo femminile *quae*, concordato con *virgo*.

- *Nescio casu an deorum voluntate*: la frase comprende un esempio di interrogativa “disgiuntiva”, cioè di un'interrogativa che presenta una alternativa tra due possibilità, segnalata dalla particella *an*; in questo caso il verbo della subordinata è sottinteso (*fiat*).
- Attraverso il testo si possono inoltre rivedere le diverse funzioni della congiunzione *ut*, con valore temporale (...*ut primum de inopinato Iuliae reditu per ancillas certior fit*), finale (...*ut vulnus inspiciam, ... ut sanguinem supprimeret*), completivo (...*ut in villam per aliquot dies redeat*).
- Analogamente, è possibile rivedere la funzione di *cum* come congiunzione (*Cum nullam epistulam ab Aulo accipiat...*) oppure come preposizione (*Una cum sanguine vitam effluere sentiebam*).

SCHEMA GRAMMATICALE N.34

34 A. PRONOMI / AGGETTIVI INTERROGATIVI

Viene presentata qui di seguito la declinazione del pronome interrogativo **quis**, **quid** e dell'aggettivo interrogativo **qui**, **quae**, **quod**.

Singolare	Maschile / Femminile		Neutro
Nominativo	quis		quid
Genitivo	cuius		cuius rei
Dativo	cui		cui rei
Accusativo	quem		quid
Vocativo	-		-
Ablativo	quo		quā re
Plurale	Maschile / Femminile		Neutro
Nominativo	qui		quae
Genitivo	quorum		quarum rerum
Dativo	quibus		quibus rebus
Accusativo	quos		quae
Vocativo	-		-
Ablativo	quibus		quibus rebus
Singolare	Maschile	Femminile	Neutro
Nominativo	qui	quae	quod
Genitivo	cuius	cuius	cuius
Dativo	cui	cui	cui
Accusativo	quem	quam	quod
Vocativo	-		-
Ablativo	quo	quā	quo
Plurale	Maschile	Femminile	Neutro
Nominativo	qui	quae	quae
Genitivo	quorum	quarum	quorum
Dativo	quibus	quibus	quibus
Accusativo	quos	quas	quae
Vocativo	-		-
Ablativo	quibus	quibus	quibus

Altri pronomi / aggettivi interrogativi sono:

uter, utrā, utrum (in relazione al concetto di coppia);

qualis, -e (in relazione al concetto di qualità)

quantus, -ā, -um (in relazione al concetto di grandezza)

quot (solo aggettivo, in relazione al concetto di quantità)

quam multi, -ae, -a (solo pronome, in relazione al concetto di quantità)

34 B. SINTASSI: SUBORDINATE INTERROGATIVE INDIRETTE

La subordinata interrogativa indiretta è introdotta dagli stessi pronomi, aggettivi, avverbi o particelle interrogative che introducono l'interrogativa diretta, ma presenta il verbo al **congiuntivo presente o imperfetto**: il presente viene utilizzato se la reggente è al presente o al futuro, l'imperfetto se la reggente è all'imperfetto o al perfetto (tempo storico) e in entrambi i casi la subordinata conserva un rapporto di contemporaneità alla reggente.

Mentre la particella **nonne** viene utilizzata, come per le interrogative dirette, per domande retoriche con risposta affermativa, le particelle interrogative **num** e **-ne** vengono utilizzate indifferentemente per risposta negativa o incerta, a differenza di quanto si verifica per le interrogative dirette.

La subordinata interrogativa indiretta si trova in dipendenza da numerosi verbi, come quelli che esprimono domanda (**rogāre, interrogāre, quaerere**) o incertezza (**nescire, incertus esse, in dubio esse**).

Flaviā inter oscula ex filiā quaerit **quomodo valeat** et **num nuntium de Aulo afferat**.

Nescio **quae virgo** tam herbarum scientiae **peritā sit** quam filiā tuā.

Vilicus nesciebat **quid ageret**, servi nesciebant **quid agerent**, nemo sciebat **quid ageret**.

34 C. SINTASSI: SUBORDINATE INTERROGATIVE DISGIUNTIVE

La subordinata interrogativa disgiuntiva, sia diretta (con i verbi all'indicativo) che indiretta (con i verbi al congiuntivo), propone una alternativa tra due opzioni: la prima di esse può essere introdotta dalla particella interrogativa **utrum**, dalla particella **-ne** oppure da nessun elemento, mentre la seconda è introdotta da **an**.

(**Utrum**) casu **an** deorum voluntate **fit**?

Nescio (**utrum**) casu **an** deorum voluntate **fiat**.

EXERCITATIONES

1. **Observe casum et verte in Italicam linguam:**

quot vulnera? – quae vulnera? – quem diem? – cuius virginis? – utrius virginis? – utro pede? – quantus dolor? – quantā voluntate? – quae verba? – quae scientiā? – utram manum? – quo remedio? – quot servos? – qui servus?

2. **Exple sententias et verte in Italicam linguam:**

1. vestrum hoc dixit? 2. ex amicis in urbe vidisti? 3. meum lepidum libellum donabo? 4. adventum timetis? 5. tuā sententiā est? 6. consuli maiorem fidem tribuitis? 7. milites in pugnā ceciderunt? 8. itinere ad urbem pervenisti? 9. prodest? 10. iure societas civium tenēri potest? 11. magistris filium meum committam? 12. bella acriora sunt quam civilia? 13. nomen mihi gratius est quam patriae? 14. virtute maiores nostri rem publicam defenderunt? 15. oculus aeger est?

3. **Muta sententias ab oratione rectā in orationem obliquam:**

1. Quae sunt senectutis voluptates? (Nescio) 2. In quā regione possumus novam urbem condere? (Profugi quaerebant) 3. Ubinam gentium sumus? In quā urbe vivimus? Quam rem publicam habemus? (Ex vobis, patres conscripti, quaero) 4. Num Regulus, Romam rediens, libertatem anteponit virtuti? (Omnes scire cupiebant) 5. Utrum in Macedoniam legiones transferre an in Italiā hostem accipere melius est? (Consules ignorabant) 6. Quomodo haec vitā potest tibi iucundā esse? (Dic mihi) 7. Estne matris meae morbus perniciosus? (Medicum rogabam) 8. Cur falsum dicis? (Mater ex me rogabat) 9. Nonne suave est, turbantibus aequora ventis, e terrā magnum alterius spectare laborem? (Philosophi ex se quaerunt) 10. Num mundus hominis causā creatur? (Nescimus)

DE OEDYPO ET SPHYNGE

Cum in lecto diu manēre debeat neque ambulāre possit, Caius maxime querulus est: modo cibum poscit, modo recusat, modo medicum rogat, modo increpat, saepe vilicum interrogat utrum servi bubilis tectum reficiant an dormiant. Itaque Iuliā, ut paucum oblectamenti patri praebeat, fabulam de Oedypo narrat.

“Sphynx, monstrum horrendum quod alatum corpus leonis et vultum muliebrem habebat, agros Thebanorum vastabat et, apud urbis moenia consistens, omnibus viatoribus aenigma ponebat: 'Cave, viator! Si aenigma solves, ex Thebarum finibus discedam et incolae liberabuntur; nisi solves, crudeliter necaberis'. Cum nemo ex viatoribus aenigma solvère posset, Creon, Thebarum rex, regnum et sororem promisit pro urbis libertate. Olim cum Oedypus, altero pede claudus, apud urbem perveniret, monstrum aenigmatico sermone ex eo quaesivit cui mane pedes essent quattuor, sed mediā luce duo, tres ubi vesper adest. Sine ullā morā Oedypus responsum patefecit: 'Homo est! Nam puerulus, id est mane, repit; vir, id est mediā luce, ambulat; senex, id est vesperi, baculum adhibet'. Tum Sphynx de altissimā rupe se praecipitavit et Oedypus regnum accepit”.

“Senex quidem sum, Iuliā, admodum senex! Nam mihi quoque baculo opus erit, cum rursus ambulāre potero...” gemit Caius.

Interroga Latinā linguā:

1. Caius querulus est quia in lecto manēre debet.
2. Vilicum saepe Caius de servis interrogat.
3. Filiā Caio fabulam narrat.
4. Fabulam de Oedypo Iuliā narrat.
5. Patri Iuliā fabulam narrat.
6. Sphynx monstrum horrendum est.
7. Multos viatores Sphynx interficit.
8. Et regnum et sororem Creon promittit pro patriae libertate.
9. Pueris quattuor crura sunt.
10. Oedypus dextero pede aeger est.

NOVA VERBA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE TRICESIMĀ QUARTĀ

aenigma	ignarus, -a, -um	querulus, -a, -um
aenigmaticus, -a, -um	ineptus, -a, -um	recusāre
avertēre	laevus, -a, -um	rupis, rupis (f.)
achillea, -ae (f.)	lectus, -i (m.)	sanāre
aloe, -es (f.)	leo, leonis (m.)	scientia, -ae (f.)
baculum, -i (n.)	medicamentum, -i (n.)	serra, -ae (f.)
cicatrix, -tricis (f.)	mixtus, -a, -um	sollicitudo, -inis (f.)
claudus, -a, -um	moenia, -ium (n.)	stupēre
effluēre	oblectamentum, -i (n.)	supprimēre
fines, finium (m.)	obligāre	Thebae, -arum (f.)
gemēre	pallidus, -a, -um	ungēre
hortatus, -us (m.)	poscēre	viator, viatoris (m.)
iacēre	praecipitāre	vulnus, vulneris (n.)

PARADIGMATA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE TRICESIMĀ QUARTĀ

abluo, -is, -lui, -lutum, -ēre	praecipito, -as, -avi, -atum, -āre
averto, -is, -verti, -versum, -ēre	ungo, -is, unxi, unctum, -ēre
obligo, -as, -avi, -atum, -āre	

LECTIO TRICESIMA QUINTA

DE INOPINATIS VERBIS

Post paucos dies Demetrius ad villam redit ut vulnus inspiciat: medicus fasciam solvit, pedem aegrum visitat et rursus fasciam circumducit. “Optime!” -inquit-. “Vulnus consanuit, quamquam tu semper gemis; intra paucos dies, baculi auxilio, rursus ambulāre poteris”. Deinde addit: “Filiā tuā, cum virgo quindecim annorum sit, singularem virtutem ac peritiam ostendit. Nisi feminā esset, eam discipulam eligerem et artem medicam docerem; vetat autem Romanā lex feminas medicinam exercēre. Quare Hermogenem, sacerdotem Aesculapii, rogabo, qui sodalis meus est (eādem patriā in Graeciā nobis est): si velis, Quintillā accipi potest apud templum, quo undique aegroti conveniunt sanationem corporis petentes, et brevi tempore ministrā fieri ad cultum sacratā Hygiae deae (vel Salutis, idem est), quae in eodem templo colitur”. Caius primum tacet, postea pauca respondet: “Recte dicis, Demetri: Quintillā, pupillā meā, virgo singularis virtutis est sed... inopinata verba tua audio. Res est magni momenti sed... nondum paratus sum... Cogitabo. Uxorem rogabo. Filiam ipsam rogabo. Nunc discedere potes, Demetri! Vale!”.

Responde Latinā linguā:

1. Utrā Caii filiā peritissimā de herbarum scientiā est?
2. Cur eā artem medicam discere non potest?
3. Quid lex Romanā imperat?
4. Quis est Hermogenes et unde venit?
5. Qui sunt Aesculapius et Salus?
6. Quot et quales viri in Aesculapii templum conveniunt?
7. Ad quem finem multi Aesculapii templum petunt?

DAL TESTO ALLA GRAMMATICA

- Nel brano viene utilizzato il pronome o aggettivo determinativo *idem*, utilizzato per esprimere l'identità con qualcosa di cui si è già parlato: *eādem patriā in Graeciā nobis est; Hygiae deae (vel Salutis, idem est)*.
- Nel testo si incontrano inoltre per la prima volta le subordinate concessive, che possono essere espresse con diverse modalità.
Vulnus consanuit, quamquam tu semper gemis: in questo caso la subordinata è introdotta dalla congiunzione *quamquam*, che si costruisce con il verbo all'indicativo.
Filiā tuā, cum virgo quindecim annorum sit, singularem virtutem ac peritiam ostendit: in quest'altro caso, invece, il valore concessivo è espresso attraverso la costruzione, già nota, del *cum* + congiuntivo.
- Attraverso il testo si può infine verificare la costruzione del periodo ipotetico, formato da una frase reggente (apodosi) e da una frase subordinata (protasi) introdotta dalla congiunzione subordinante *si* (positiva) o *nisi* (negativa).
Nisi feminā esset, eam discipulam eligerem et artem medicam docerem: in questo caso, l'uso del congiuntivo imperfetto sia nella reggente che nella subordinata esprime l'idea di un'azione impossibile da realizzare.
Si velis, Quintillā accipi potest apud templum: in questo caso, invece, l'uso del congiuntivo presente esprime l'idea di un'azione possibile o eventuale.

SCHEMA GRAMMATICALE N.35

35 A. PRONOMI / AGGETTIVI DETERMINATIVI

Viene presentata qui di seguito la declinazione del pronome / aggettivo determinativo **idem**, **eadem**, **idem** utilizzato per sottolineare la stretta somiglianza tra le persone o le cose di cui si parla.

Singolare	Maschile	Femminile	Neutro
Nominativo	idem	eadem	idem
Genitivo	eiusdem	eiusdem	eiusdem
Dativo	eidem	eidem	eidem
Accusativo	eundem	eandem	idem
Vocativo	-	-	-
Ablativo	eodem	eadem	eodem
Plurale	Maschile	Femminile	Neutro
Nominativo	iidem	eaedem	eaedem
Genitivo	eorundem	earundem	eorundem
Dativo	iisdem	iisdem	iisdem
Accusativo	eisdem	eisdem	eaedem
Vocativo	-	-	-
Ablativo	iisdem	iisdem	iisdem

35 B. SINTASSI: SUBORDINATE CONCESSIVE

La subordinata concessiva può essere introdotta da diverse congiunzioni, come **quamquam** (seguita dall'indicativo) o **quamvis** (seguita dal congiuntivo); il senso concessivo può essere espresso anche attraverso la subordinata narrativa (cum + congiuntivo).

Filiā tuā, **quamquam virgo quindecim annorum est** (= **quamvis virgo quindecim annorum sit** = **cum virgo quindecim annorum sit**), singularem virtutem ac peritiam ostendit.

35 C. SINTASSI: PERIODO IPOTETICO

Il periodo ipotetico è formato da una reggente, definita "apodosi", e da una subordinata, definita "protasi" introdotta dalla congiunzione **si**, con valore affermativo, o **nisi**, con valore negativo. A seconda del significato, si distingue in tre tipi:

- periodo ipotetico del I tipo o della realtà: utilizza i verbi all'indicativo
- periodo ipotetico del II tipo o della possibilità: utilizza i verbi al congiuntivo presente per esprimere un'ipotesi (realizzabile) riferita al presente
- periodo ipotetico del III tipo o dell'irrealtà: utilizza i verbi al congiuntivo imperfetto per esprimere un'ipotesi (irrealizzabile) riferita al presente

EXERCITATIONES

1. Exple sententias adhibens ‘idem’ et verte in Ialicam linguam:

1. Consulibus non sentiā erat: alter ut exploratores praemitterentur, alter ut acies instrueretur suadebat. 2. Tiberius et Caius Gracchus matris et patris filii erant. 3. Ad rivum lupus et agnus venerunt; superior stabat lupus, longeque inferior agnus. 4. velle atque nolle: ea demum firmā amicitia est. 5. anno tres clades maximo cum dedecore Romani acceperunt. 6. Nec colorem nec magnitudinem sideribus esse videmus. 7. Non omnibus senibus vires sunt.

2. Muta ‘cum + coniunctivum’ in aliam sententiam idem significantem:

1. Socrates, cum amici ei suaderent ut e carcere fugeret, noluit ut duarum rerum gravissimarum hominibus metum repelleret, mortis et carceris. 2. Cum Ardeā, Rutulorum oppidum, a Tarquinio rege obsidione cingeretur cumque bellum diutius produceretur, a filiis Tarquini tempus saepe conviviis terebatur. 3. Themistocles, cum et liberius viveret et rem familiarem neglegeret, a patre ipso exheredatus est. 4. In bellis civilibus victoriā saepe, cum ad meliores veniat, tamen eos ipsos ferociores reddit: nam, cum naturā tales non sint, necessitate coguntur. 5. Aegyptus, cum expers sit imbrium, mire est fertilis: hoc efficit Nilus, omnium fluviorum maximus.

3. Exple sententias et verte in Italicam linguam:

1. Vitā humanā ut ferrum est: si ferrum (exercēre), conteritur; si non (exercēre), robigo interficit. 2. Si amicus ex te auxilium (quaerēre) ut bellum inferat contra rem publicam, quae debet esse carissimā, num (praebēre)? 3. Si (licēre), pauca de Sullae moribus dicere (velle). 4. Hic si tu nunc (adesse), ego nihil (timēre). 5. Vos ego, milites, non solum magno animo pugnāre (velle), sed cum indignatione ac irā, velut si (vidēre) servos vestros repente contra vos arma ferentes.

IN AESCULAPII FANO

Hodie dies profectionis adest: Atticus enim, servus fidelis, in villae aulā Iuliam expectat ut dominam Syracusas reducat; eodem tempore Caius, quamvis non sine difficultate ambulāre possit, ad Aesculapii fanum raedā cum servo contendit, cupiens et gratias deo agere pro pedis sanatione et omnia ad dei cultum pertinentia circumspicere. Itaque, inter oscula amplexusque, pater et filiā diversis itineribus villam relinquunt.

Ut primum Caius pervenit ad locum, qui non longe ab urbe est, videt sacro nemore circumdārī non solum Aesculapii aedem, ubi dei simulacrum cum baculo ac serpente a sacerdotibus colitur, sed etiam longas porticus, ubi aegroti doloribus vel vulneribus laborantes nocte incubant ut remedia per somnium a deo ipso accipiant, et fontes limpidae aquae, quae ad valetudinem maxime aptā est. Videt praeterea alios aegrotos magnā diligentīā a dei ministris curārī, alios per silvam ambulāre ut corpora reficiant, alios a sacerdotibus in templi vestibulum duci. Vestibulum autem donis dives est, quae aegri deo sacrāre solent, ut mercedem salutarium remediorum. Caius quoque huc accedit et, maximā cum pietate, pedem fictilem inter multa fictilia membra muneri Aesculapio praebet.

Responde Latinā linguā:


1. Ad quem finem Caius ad Aesculapii fanum iter facit?
2. Estne Aesculapii templum intra moenia urbis, ut omnia alia templa?
3. Ubi aegroti nocte dormiunt?
4. Quem aegroti per somnium vident et audiunt?
5. Cur omnes aquam ex sacro fonte bibunt?
6. Quomodo aegroti, qui ex morbo convalescunt, gratias deo agunt?
7. Cur in vestibulo multa corporis fictilia membra sunt?
8. Cur Caius quoque pedem fictilem in vestibulo ponit?

NOVA VERBA QVAE ADHIBENTUR IN LECTIONE TRICESIMĀ QUINTĀ

aegrotus, -a, -um	fascia, -ae (f.)	pietas, pietatis (f.)
Aesculapius, -i (m.)	fictilis, -f	profectio, -onis (f.)
circumducĕre	Hygia, -ae (f.)	pupilla, -ae (f.)
circumspicĕre	incubāre	remedium, -i (n.)
consanescĕre	membrum, -i (n.)	sacerdos, -otis (m.)
cultus, -us (m.)	merces, mercedis (f.)	sacrāre
diversus, -a, -um	ministra, -ae (f.)	salutaris, -e
exercĕre	minister, -stri (m.)	sanatio, -onis (f.)
fanum, -i (n.)	nemus, nemoris (n.)	vetāre

QVAE ITALICA VERBA ORIGINEM DUCUNT A LATINIS VERBIS?

claudus, -a, -um
conficĕre
colligĕre
conubium, -i
decernĕre
litus, litoris
meridies, -ei
mittĕre
opprimĕre
scientia, -ae
vulnus, vulneris



DESCRIBE TABULAM

.....

.....

.....

.....

.....

CAPITULUM X

TARSI - SYRACUSIS, 66 a.Ch.n.

LECTIO TRICESIMA SEXTA

DE GRATISSIMĀ EPISTULĀ

Iuliā in horto ambulante, Atticus pervenit: “Dominā, tabellarius nuper epistulam attulit”. Iuliā sentit cor celerius pulsāre et, manibus trementibus, ab Attico epistulam accipit vinculaque solvit.

“Aulus Iuliae carissimae salutem dicit. Si tu vales, vitā meā dulcissimā, ego quoque valeo. Post longam navigationem, post viginti dies noctesque (spatium mihi longius anno) tandem ventis secundis et deis propitiis in Ciliciam pervenimus, apud urbem Tarsum: ut primum terram peregrinam tangere potui, ad te has litteras scripsi. Postquam Syracusarum portum reliqueramus, primum apud Siciliae litora navigavimus usque ad Regium, deinde ad extremam Calabriam contendimus, hinc ad Graeciae litora et ad Aegei maris insulas: illis primis diebus flagrabam novā et inusitatā cupiditate peregrinationis sed postremo, quia taedium navigationis paulatim animum meum invaserat, adsiduā undarum iactatio, procellarum et scopulorum metus, vigiliae nocturnae intolerabilia in dies fiebant. Denique, ut paucis dicam, iter maritimum minime me delectavit. Unum solacium mihi praebebat spectaculum delphinorum, qui obviam navibus nostris veniebant, adludentes et exultantes. Praeter haec, tu, uxor meā dulcissimā, ante oculos dies noctesque saepe veniebas: tum mente ferebar quo corpore non poteram... Nunc felix i, epistulā! Forsitan, cum Iuliā ad te porrexerit formosam manum, labellis volet etiam tangere et rumpere vincula niveo dente. Epistulā meā, tum multo me felicior fies, cum Iuliae osculum a te acceptum erit! Pridie Nonas Quintiles Tarso”.

Responde Latinā linguā:

1. Cur epistulam ad Iuliam Aulus misit?
2. Quando epistulam ad Iuliam Aulus misit?
3. Unde gratissimā epistolā missā est?
4. Quo cursu Aulus et pater eius ad Ciliciam pervenerunt?
5. Quamdiu Aulus et pater eius navigaverunt?
6. Cur Aulus, post profectionem, sententiam suam de navigatione mutavit?
7. Cuius rei Aulus in navigatione impatiens erat?
8. Quid, contra, ei gratum erat?
9. Num Aulus, post tam multos dies, uxoris immemor factus est?
10. Cur Aulus dixit epistulam se feliciorē esse?

Coniunge sententias:

1. Primum tabellarius epistulam attulit / Deinde Iuliā epistulam legit.
Quia tabellarius epistulam
2. Primum tabellarius epistulam afferet / Deinde Iuliā epistulam leget.
Postquam tabellarius epistulam
3. Primum Iuliā de epistolā certior factā est / Deinde cor pulsāre sentivit.
Quia Iuliā de epistolā certior
4. Primum Iuliā de epistolā certior fiet / Deinde cor pulsāre sentiet.
Postquam Iuliā de epistolā certior
5. Primum a Iuliā epistolā acceptā est / Deinde vincula rupta sunt.
Postquam a Iuliā epistolā
6. Primum Iuliā formosam manum ad epistulam porrexit / Deinde osculum dedit.
Postquam Iuliā formosam manum ad epistulam
7. Primum epistolā a Iuliā formosā manu accipietur / Deinde vincula rumpentur.
Postquam epistolā a Iuliā formosā manu
8. Primum epistolā a tabellario traditā est / Deinde Iuliā epistulam legit.
Iuliā epistulam legit, quae

DAL TESTO ALLA GRAMMATICA

- Nel testo vengono introdotti due nuovi tempi verbali, il piuccheperfetto ed il futuro anteriore, che indicano sempre un'azione anteriore ad un'altra: in particolare, il piuccheperfetto indica l'anteriorità rispetto ad un tempo storico (imperfetto o perfetto), il futuro anteriore indica l'anteriorità rispetto ad un futuro semplice.

Postquam Syracusarum portum reliqueramus, primum apud Siciliae litora navigavimus usque ad Regium: si osserva nella subordinata temporale il verbo al piuccheperfetto, che esprime un'azione (*relinquere*) precedente a quella della reggente (*navigare*) a sua volta collocata nel passato.

Sed postremo, quia taedium navigationis paulatim animum meum invaserat, adsiduā undarum iactatio, procellarum et scopulorum metus, vigiliae nocturnae intolerabilia in dies fiebant: anche in questa frase il piuccheperfetto è riconoscibile nella subordinata e indica un'azione (*invadere*) precedente a quella della reggente (*fieri*), a sua volta espressa all'imperfetto.

Forsitan, cum Iuliā ad te porrexerit formosam manum, labellis volet etiam tangere et rumpere vincula niveo dente: in questo caso, la presenza del futuro anteriore nella subordinata temporale indica un'azione (*porrigere*) collocata nel futuro ma precedente a quella della reggente (*velle*).

- Nella frase *Adsiduā undarum iactatio, procellarum et scopulorum metus, vigiliae nocturnae intolerabilia in dies fiebant* si osserva che il nome del predicato, riferito a più soggetti di genere diverso, viene posto al neutro plurale.
- Nel testo si riconoscono infine alcune particolarità dello stile epistolare. La lettera si apre con la già nota formula di saluto iniziale (*Aulus Iuliae carissimae salutem dicit*), in cui il mittente si rivolge al destinatario espresso al dativo, e si chiude con la data e la località dalla quale viene inviata (*Pridie Nonas Quintiles Tarso*).

SCHEMA GRAMMATICALE N.36

36 A. INDICATIVO PIUCCHERFETTO ATTIVO E PASSIVO

Per formare l'indicativo **piuccherfetto attivo** è necessario utilizzare il tema del perfetto; al tema si aggiungono poi direttamente le desinenze personali costituite dall'imperfetto del verbo essere, secondo modalità identiche sia per tutte le coniugazioni regolari che per i verbi irregolari.

Per formare l'indicativo **piuccherfetto passivo** è necessario utilizzare il tema del supino; al tema si aggiungono le desinenze -us, -a, -um e l'imperfetto indicativo del verbo essere ottenendo così una forma composta da due voci, che deve ovviamente essere sempre concordata con il soggetto nel genere e nel numero.

Il piuccherfetto viene utilizzato per indicare un'azione **anteriore** ad un'altra, collocata a sua volta nel passato.

Verbo **ESSE**

fueram
fueras
fuerat
fueramus
fueratis
fuerant

Verbo **AMĀRE**

amaveram	amatus,-a,-um	eram
amaveras	“	eras
amaverat	“	erat
amaveramus	amati,-ae,-a	eramus
amaveratis	“	eratis
amaverant	“	erant

Verbo **TERRĒRE**

terrueram	territus,-a,-um	eram
terrueras	“	eras
terruerat	“	erat
terrueramus	territi,-ae,-a	eramus
terrueratis	“	eratis
terruerant	“	erant

Verbo **DUCĒRE**

duxeram	ductus,-a,-um	eram
duxeras	“	eras
duxerat	“	erat
duxeramus	ducti,-ae,-a	eramus
duxeratis	“	eratis
duxerant	“	erant

Verbo AUDĪRE	audiveram	auditus,-a,-um	eram
	audiveras	“	eras
	audiverat	“	erat
	audiveramus	auditi, -ae, -a	eramus
	audiveratis	“	eratis
	audiverant	“	erant

Verbo RAPĒRE	rapueram	raptus,-a,-um	eram
	rapueras	“	eras
	rapuerat	“	erat
	rapueramus	rapti, -ae, -a	eramus
	rapueratis	“	eratis
	rapuerant	“	erant

In modo analogo si formano e si coniugano anche i piuccheperfetti dei verbi composti di ESSE e irregolari:

Verbo POSSE	potueram, potueras, potuerat, potueramus, potueratis, potuerant
--------------------	---

Verbo PRAEESSE	praefueram, praefueras, praefuerat, praefueramus, praefueratis, praefuerant
-----------------------	---

Verbo FERRE	tuleram, tuleras, tulerat, tuleramus, tuleratis, tulerant latus, -a, -um eram / eras / erat lati, -ae, -a eramus / eratis / erant
--------------------	---

Verbo IRE	iveram, iveras, iverat, iveramus, iveratis, iverant
------------------	---

Verbo VELLE	volueram, volueras, voluerat, volueramus, volueratis, voluerant
--------------------	---

Verbo NOLLE	nolueram, nolueras, noluerat, nolueramus, nolueratis, noluerant
--------------------	---

Verbo MALLE	malueram, malueras, maluerat, malueramus, malueratis, maluerant
--------------------	---

Verbo FIERI	factus, -a, -um eram / eras / erat facti, -ae, -a eramus / eratis / erant
--------------------	--

//	memineram, ... oderam, ... coeperam, ...
----	--

36 B. INDICATIVO FUTURO ANTERIORE ATTIVO E PASSIVO

Per formare l'indicativo **futuro anteriore attivo** è necessario utilizzare il tema del perfetto; al tema si aggiungono poi direttamente le desinenze personali costituite dal futuro del verbo essere, secondo modalità identiche sia per tutte le coniugazioni regolari che per i verbi irregolari. Nella terza persona plurale la desinenza viene modificata per evitare confusioni con il perfetto.

Per formare l'indicativo **futuro anteriore passivo** è necessario utilizzare il tema del supino; al tema si aggiungono le desinenze -us, -a, -um e il futuro indicativo del verbo essere ottenendo così una forma composta da due voci, che deve ovviamente essere sempre concordata con il soggetto nel genere e nel numero.

Il futuro anteriore viene utilizzato per indicare un'azione **anteriore** ad un'altra, collocata a sua volta nel futuro.

Verbo ESSE	fuero fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint		
Verbo AMĀRE	amavero amaveris amaverit amaverimus amaveritis amaverint	amatus, -a, -um “ “ amati, -ae, -a “ “	ero eris erit erimus eritis erunt
Verbo TERRĒRE	terruero terrueris terruerit terruerimus terrueritis terruerint	territus, -a, -um “ “ territi, -ae, -a “ “	ero eris erit erimus eritis erunt
Verbo DUCĒRE	duxero duxeris duxerit duxerimus duxeritis duxerint	ductus, -a, -um “ “ ducti, -ae, -a “ “	ero eris erit erimus eritis erunt

Verbo AUDĪRE	audivero audiveris audiverit audiverimus audiveritis audiverint	auditus,-a,-um “ “ auditi, -ae, -a “ “	ero eris erit erimus eritis erunt
Verbo RAPĒRE	rapuero rapueris rapuerit rapuerimus rapueritis rapuerint	raptus,-a,-um “ “ rapti, -ae, -a “ “	ero eris erit erimus eritis erunt

In modo analogo si formano e si coniugano anche i futuri anteriori dei verbi composti di ESSE e irregolari:

Verbo POSSE	potuero, potueris, potuerit, potuerimus, potueritis, potuerint
Verbo PRAEESSE	praefuero, praefueris, praefuerit, praefuerimus, praefueritis, praefuerint
Verbo FERRE	tulero, tuleris, tulerit, tulerimus, tuleritis, tulerint latus, -a, -um ero / eris / erit lati, -ae, -a erimus / eritis / erunt
Verbo IRE	ivero, iveris, iverit, iverimus, iveritis, iverint
Verbo VELLE	voluero, volueris, voluerit, voluerimus, volueritis, voluerint
Verbo NOLLE	noluero, nolueris, noluerit, noluerimus, nolueritis, noluerint
Verbo MALLE	maluero, malueris, maluerit, maluerimus, malueritis, maluerint
Verbo FIERI	factus, -a, -um ero / eris / erit facti, -ae, -a erimus / eritis / erint
//	meminero, ... odero, ... coepero, ...

36 C. COMPLEMENTI DI TEMPO ESPRESSI DA DATE

Quando il complemento di tempo è espresso da una data, si fa riferimento a tre giorni fissi per ciascun mese, mentre il mese è espresso attraverso l'aggettivo corrispondente opportunamente concordato. Le date fisse sono:

Calendae, -arum	il giorno 1 di ogni mese
Nonae, -arum	il giorno 7 dei mesi di Martius, Maius, Quintilis, October il giorno 5 degli altri mesi
Idus, -uum	il giorno 15 dei mesi di Martius, Maius, Quintilis, October il giorno 13 degli altri mesi

Calendis Ianuariis in Ciliciam perveni.

Nonis Aprilibus in Ciliciam perveni.

Idibus Martiis domum reliqui.

Tutti gli altri giorni vengono indicati in riferimento ai precedenti, con espressioni come:

pridie + accusativo

Pridie Calendas Ianuarias in Ciliciam perveni.

postridie + accusativo

Postridie Calendas Ianuarias domum reliqui.

numero ordinale in ablativo + ante + accusativo

Die quarto ante Calendas Ianuarias domum reliqui.

ante + numero ordinale in accusativo

Ante diem quartum Calendas Ianuarias domum reliqui.

Da ricordare che quando si usa il numero ordinale viene conteggiato sia il giorno di partenza che quello d'arrivo.

EXERCITATIONES

1. Verte perfectum tempus et in plusquamperfectum et in futurum perfectum:

scripsi – accepit – attulisti – dixerunt – contendimus – perveni – invasit – potuerunt – fui – solvisti – acceperunt – porrexit – voluistis – ivimus – tetigi – scripta est – acceptus sum – accepti sunt – dictum est – tactae sunt – allatus es – soluti sunt – porrecta est – porrecta sunt – lati sumus – factum est

2. Verte praesens tempus et in perfectum et in plusquamperfectum et in futurum perfectum:

scribimus – accipio – dicis – dicunt – porrigimus – tangis – fit – perveniunt – tangimus – vis – fertis – delectat – praebetis – afferunt – eunt – fiunt – solvo – dicitur – tangimur – scribuntur – accipior – praebentur – delector – feruntur – afferuntur – delectamur – rumpitur – solvuntur – acciperis – invaditur

3. Exple sententias et verte in Italicam linguam:

1. A patre meo reprehensus sum, quia pecuniam (amittere). 2. Hannibal, quia milites propter montium ac nivis altitudinem omnem fere spem salutis (amittere), primum quietem eis dedit, deinde suasit ut procederent. 3. Ut flumen imbribus (crescere), milites ad alteram ripam transferri non poterint. 4. Solon, sapientissimus omnium Graecorum, postquam olim Sardes (pervenire), hospes a rege Croeso acceptus est. 5. Eo tempore Tarentinis bellum a senatu indictum est, quia legatis Romanorum iniuriam (facere). 6. Postquam officia tua (perficere), tum requiescere poteris. 7. Personam tragicam forte vulpes (videre): postquam eam huc illuc, semel atque iterum, (vertere): “O quanta species - inquit- cerebrum non habet!”. 8. Occidente sole, equitatus impetum fecit in eam partem hostium, quae nondum flumen (transire).

DE LUCIO ET DELPHINIS

Aliquot diebus post gratissimam epistulam, Iuliā fideli Attico imperat ut per totam urbem Lucium quaerat: “Meministine, Attice? Lucium dico, illum optimum tectorem qui, postquam structores novam domi porticum refecerant, Vulcani imaginem pinxit. Ut verum dicam, nescio num Syracusis adhuc vivat: quaere tamen maximā diligentiam et, cum eum inveneris, ad me, quaeso, duc”. Post paucos dies Atticus dominae nuntiat Lucium illum adesse. “Salve, Luci, quid agis? – inquit Iuliā – Te arcessivi ut, Aulo absente, novā tabulā in pariete thalami pingeretur. Omnia necessaria suppeditabo et, cum opus perfectum erit, ingens pretium tibi pro operā tuā solvam. Unum peto, ut in tabulā claram fabulam de Arione et delphino pingas... Iuvant Aulum meum delphini...”. “Ad iussa tua praesto sum, dominā – inquit Lucius – sed... fabulam illam nescio!”. “Tibi breviter narrabo. Erat Arion vetus et nobilis poetā, qui Corinthi vivebat. Olim statuit ut in Siciliam contenderet, ubi omnium aures suis carminibus demulsit; cum vellet Corinthum redire, cives, qui multos annos ab eo delectati erant, ei plurimas divitias dederunt. Sed mali nautae, qui divitias viderant, insidias in miserum poetam paraverunt: itaque Arion, ut eorum pugiones effugeret, de navis puppi in undas desiluit. Delphinus autem, qui circa navem natabat, postquam eum dorso susceperat, incolumem Corinthum rettulit”. “Omnia intellexi: operam meam statim incipiam et dignum fide tuā me praebebo”. Post paucos dies, postquam a Lucio picturā detectā est, Iuliā obstupescit spectans inter maris undas non Arionem poetam, sed parvum Cupidinem, alatum et ridentem, auream sagittam manu tenentem, a caeruleo delphino vehi. “Non pictor, sed furcifer es, cum iterum atque iterum me ludifices!” clamat Iuliā. “Sed peritiā tuā naturam ipsam provocat”.

Finge Lucium ipsum nobis vitam suam narrare: “Mihi nomen est Lucius: optimus tector sum. Abhinc duos annos, postquam multae Syracusanae domus vehementi terrae motu deletae erant, ego”

NOVA VERBA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE TRICESIMĀ SEXTĀ

adludĕre	incolumis, -e	perficĕre
Arion, Arionis (m.)	intolerabilis, -e	praesto
demulcĕre	iterum	provocĕre
dens, dentis (m.)	iuvĕre	pugio, pugionis (m.)
detegĕre	ludificĕre	puppis, puppis (f.)
dignus, -a, -um	manus, -us (f.)	rumpĕre
flagrĕre	niveus, -a, -um	spatium -i (n.)
furcifer, -feri (m.)	obviam	taedium, -i (n.)
iactatio, -onis (f.)	peregrinatio, -onis (f.)	vetus, veteris

PARADIGMATA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE TRICESIMĀ SEXTĀ

delecto, -as, -avi, -atum, -Āre	perficio, -is, -feci, -fectum, -ĕre
demulceo, -es, -mulsi, -mulsum, -ĕre	pingo, -is, pinxi, pictum, -ĕre
desilio, -is, -silui, -ĭre	porrigo, -is, -rexi, -rectum, -ĕre
detego, -is, -texi, -tectum, -ĕre	refero, -fers, rettuli, relatum, referre
intellego, -is, -lexi, -lectum, -ĕre	reficio, -is, -feci- fectum, -ĕre
invado, -is, -vasi, -vasum, -ĕre	relinquo, -is, reliqui, relictum, -ĕre
invenio, -is, -veni, -ventum, -ĭre	suscipio, -is, -scepi, -sceptum, -ĕre
navigo, -as, -avi, -atum, -Āre	video, -es, vidi, visum, -ĕre



DESCRIBE TABULAM

LECTIO TRICESIMA SEPTIMA

TARSI

A cauponā, apud quam cum patre suo devertitur, Aulus spectat sub radiis occidentis solis Cydnum flumen mediam Tarsum interfluere leni tractu et ratibus secari, quibus merces omnium generum a portu vehuntur ad horrea; audit simul voces avium hominumque per aërem diffundi et animadvertit aromatis olentibus (croco vel pipere vel cinnamomo) sensus suos moveri. “Pater, nunc intellego quid sit 'asiaticā voluptas', cuius famā saepe ad aures meas pervenit! Sentio hanc urbem tam brevi tempore me allexisse”. Ridet Tiberius: “Cave, fili mi! Pulchrae urbes, ut pulchrae feminae, nautas et mercatores alliciunt”. Paulo post filium certiolem facit se Pompeii legatis occurrisse et eis commeatus tradidisse, quos superioribus diebus nautae e navibus deposuerant et in horrea fluvialia congeruerant; addit sibi a legatis litteras datas esse, ut permutaret pecuniam: “Hoc negotium nobis maximo quaestui fuit”. “Quid autem de Pompeio ipso ac bello?”, quaerit Aulus. “Pauci: dixerunt Mithridatem multis proeliis a Pompeio profligatum esse et in Armeniam confugisse, apud Tigranem generum. Omnes vero putant beluam in foveam incidisse”. “Iam saepe beluā in foveam inciderat - inquit Aulus - sed semper effugit”. “Pompeius obstinatior ac prudentior aliis imperatoribus est, non amittet praedam donec ceperit”.

Exple sententias adhibens pronomen relativum:

1. Cauponā est locus multi hospites deverti possunt.
2. Horrea sunt aedificia merces vehuntur et congeruntur.
3. Fluvialia dicuntur horrea apud flumina aedificantur.
4. Rates sunt parva navigia merces vehuntur.
5. Crocum, piper et cinnamomum sunt herbae olfactus movetur.
6. Tarsus est urbs pulchritudo multos mercatores allicit.
7. Multi sunt mercatores, urbis pulchritudo allicit.

Verte sententias in orationem obliquam:


1. Tiberius dicit: “Pulchrae urbes iam saepe nautas et mercatores allegerunt”.
2. Tiberius dicit: “Pulchrae urbes semper nautas et mercatores alliciunt”.
3. Tiberius putat: “Iam saepe nautae et mercatores pulchris urbibus allecti sunt”.
4. Tiberius narrat: “Superioribus diebus nautae merces e navibus deposuerunt”.
5. Tiberius narrat: “Superioribus diebus merces a nautis in horrea fluvialia congestae sunt”.
6. Tiberius dicit: “Hoc negotium mihi maximo quaestui fuit”.

Verte sententias in orationem rectam:

1. Tiberius filium certiore facit se Pompeii legatis occurrisse et eis commeatus tradidisse, quos superioribus diebus nautae e navibus deposuerant et in horrea fluvialia congesserant.
2. Tiberius addit sibi a legatis litteras datas esse, ut permutaret pecuniam.
3. Pompeii legati dixerunt Mithridatem multis proeliis a Pompeio profligatum esse et in Armeniam confugisse, apud Tigranem generum.
4. Omnes putant beluam in foveam incidisse.

Divide periodum et distribue singulas sententias:

A cauponā, apud quam cum patre suo devertitur, Aulus spectat sub radiis occidentis solis Cydnum flumen mediam Tarsum interfluere leni tractu et ratibus secari, quibus merces omnium generum a portu vehuntur ad horrea.



DAL TESTO ALLA GRAMMATICA

- Nel testo viene introdotta una nuova forma verbale, l'infinito perfetto, utilizzato all'interno di una subordinata già nota, l'infinitiva, per esprimere un rapporto di anteriorità rispetto alla reggente: *allexisse*, *occurrisse*, *tradidisse*, *confugisse*, *incidisse* sono le forme attive dell'infinito perfetto; *datas esse* e *profligatum esse* sono le forme passive.
- *Sentio hanc urbem tam brevi tempore me allexisse*: si osserva in questa frase un esempio di infinitiva, il cui soggetto è *hanc urbem*, costruita con l'infinito perfetto attivo che serve a esprimere un'azione anteriore a quella indicata dalla reggente.
Addit sibi a legatis litteras datas esse: in questo caso l'infinitiva, che ha come soggetto *litteras*, è costruita con l'infinito perfetto passivo, concordato con il soggetto ed esprimente ancora azione precedente alla reggente.
- Nel brano vengono utilizzati anche i pronomi relativi, già noti solo nel caso nominativo e qui presenti anche con altre funzioni logiche.
A cauponā, apud quam cum patre suo devertitur, Aulus spectat...: si osserva nella frase incidentale l'uso del pronome relativo *quam*, che concorda in genere e numero con il sostantivo *cauponā* cui si riferisce, ma è declinato in accusativo in base alla funzione logica assunta nella frase.
Pater, nunc intellego quid sit 'asiaticā voluptas', cuius famā saepe ad aures meas pervenit! In questo caso il pronome relativo *cuius* concorda in genere e numero con il sostantivo *voluptas* cui si riferisce, ma è declinato al genitivo in base alla sua funzione di complemento di specificazione.
Paulo post filium certiore facit se Pompeii legatis occurrisse et eis commeatus tradidisse, quos superioribus diebus nautae e navibus eduxerant: in questa frase la subordinata relativa, che dipende a sua volta dalla precedente infinitiva, è introdotta dal pronome *quos*, maschile plurale perché concordato con *commeatus* e accusativo perché complemento oggetto di *eduxerant*.
- Si riconosce inoltre un esempio della costruzione, già nota, del doppio dativo nella frase *Hoc negotium nobis maximo quaestui fuit*.

SCHEMA GRAMMATICALE N.37

37 A. INFINITO PERFETTO ATTIVO E PASSIVO

Per formare l'infinito **perfetto attivo** è necessario utilizzare il tema dell'indicativo perfetto, al quale si aggiunge direttamente la desinenza **-isse**, identica sia per tutte le coniugazioni regolari che per i verbi irregolari.

Per formare l'infinito **perfetto passivo** è necessario utilizzare il tema del supino, al quale si aggiungono le desinenze **-um, -am, -um** (per il singolare) / **-os, -as, -a** (per il plurale) e l'infinito presente del verbo essere ottenendo così una forma composta da due voci, che deve ovviamente essere sempre concordata con il soggetto nel genere e nel numero.

Verbo ESSE	fuisse		
Verbo AMĀRE	amavisse	amatum, -am, -um amatos, -as, -a	esse
Verbo TERRĒRE	terruisse	territum, -am, -um territos, -as, -a	esse
Verbo DUCĒRE	duxisse	ductum, -am, -um ductos, -as, -a	esse
Verbo AUDĪRE	audivisse	auditum, -am, -um auditos, -as, -a	esse
Verbo RAPĒRE	rapuisse	raptum, -am, -um raptos, -as, -a	esse
Verbo POSSE	potuisse		
Verbo PRAEESSE	praefuisse		
Verbo FERRE	tulisse	latum, -am, -um latos, -as, -a	esse
Verbo IRE	ivisse		
Verbo VELLE	voluisse		
Verbo NOLLE	noluisse		
Verbo MALLE	maluisse		
Verbo FIERI		factum, -am, -um factos, -as, -a	esse

37 B. SINTASSI: SUBORDINATE INFINITIVE CON INFINITO PERFETTO

Le infinitive con l'infinito perfetto indicano un rapporto di anteriorità dell'azione espressa all'infinito rispetto alla reggente da cui dipendono. Le desinenze dell'infinito perfetto passivo concordano in accusativo con il soggetto dell'infinitiva.

Paulo post filium certiore[m] facit **se** Pompeii legatis **occurrisse** et eis commeatus **tradidisse**.

Dixerunt **Mithridatem** multis proeliis a Pompeio **profligatum esse**.

37 C. PRONOMI RELATIVI

I pronomi relativi concordano sempre in genere e numero con il sostantivo al quale si riferiscono (antecedente), mentre il caso dipende dalla funzione logica che assumono nella frase in cui si trovano. La frase introdotta dai pronomi relativi prende il nome di subordinata relativa.

Singolare	Maschile	Femminile	Neutro
Nominativo	qui	quae	quod
Genitivo	cuius	cuius	cuius
Dativo	cui	cui	cui
Accusativo	quem	quam	quod
Vocativo	-	-	-
Ablativo	quo	qua	quo
Plurale	Maschile	Femminile	Neutro
Nominativo	qui	quae	quae
Genitivo	quorum	quarum	quorum
Dativo	quibus	quibus	quibus
Accusativo	quos	quas	quae
Vocativo	-	-	-
Ablativo	quibus	quibus	quibus

Flumen, **quod** mediam Tarsum interfluit, Cydnus nominatur.

Rates, **quibus** merces omnium generum vehuntur, ad horrea contendunt.

Ecce litterae, **quas** mihi Pompeii legati dederunt.

Ecce litterae, **quae** mihi a Pompeii legatis datae sunt.

Urbs Tarsus, **cuius** famā ad aures meas pervenerat, pulcherrimā erat.

EXERCITATIONES

1. Verte sententias primum in orationem obliquam, deinde in Italicam linguam:

1. Tradunt rerum scriptores: “Philippus, Macedonum rex, rebus gestis et gloriā a filio superatus est, sed humanitate superior fuit”. 2. Ante solis occasum Pomponius praetor nuntiavit: “Uterque consul magnā pugnā victus est, plurimi ceciderunt et pauci supersunt”. 3. Cicero, in libro qui inscribitur “De naturā deorum”, dicit: “Ob negligentiam nobilitatis augurum disciplinā omissā est et species tantum manet”. 4. Multi philosophi censent: “Omnia, quae videmus, hominum causā comparata sunt”. 5. Solebat Pyrrhus dicere: “Ego plures urbes Cineae legati eloquentiā cepi quam armorum vi”. 6. Catullus poetā scribit: “Nullā potest mulier tantum se dicere amatam, quantum a me Lesbiā meā amatā est”. 7. Antiquā fabulā narrat: “Miser Aegeus, Thesei pater, atra vela videns, ab alto saxo inter undas se iecit”. 8. Thersites ab Ulixē percussus est quia dixerat: “Multae divitiae in Agamemnonis tabernaculum congestae sunt, milites autem nullo praemio afficiuntur”.

2. Coniunge sententias adhibens pronomen relativum:

1. Amicitia est maximum vinculum hominem homini coniungit. 2. Verba mulier dicit cupido amanti, in vento et rapidā aquā scribere oportet. 3. Hospes, cum patre meo vidisti, Molo Rhodiensis, clarus orator, erat. 4. Ex tuis litteris, ad me misisti, quid ageres et ubi esses cognovi. 5. Cato senex libros septem scripsit, primus continet res gestas populi Romani, secundus et tertius continent origines Italicarum civitatum. 6. Belgae a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt, proximique sunt Germanis, trans Rhenum incolunt, saepissime bellum gerunt. 7. Eodem anno, Carthago deleta est, L. Mummius Corinthum funditus eruit. 8. Post cladem apud Trasumenum lacum mulier, mors filii falso nuntiata erat, ad primum conspectum filii, demum e bello sospitis remeantis, statim nimio gaudio exanimata est.

DE LOQUACI CAUPONE

Dum cenam hospitibus apponit, caupo cum iis sermonem conferre incipit quaerens num Graeci an Romani sint; cum Tiberius respondeat se et filium Romanos esse: “Peto venia, non bene latine dicere valeo! - inquit caupo - Mater mea Syriaca erat et pater Thracius ... si illus quem novi erat: pater semper incertus est! Nonne ita dicitis?”. Deinde, subsellium ad mensam apponens, pergit: “Nomen meum est Euxinos et nunc vobis narrabo clara historia. Narrat olim clarus Alexandrum Magnum ad urbem nostram pulcherrimam pervenisse: aestas erat, cuius calor Ciliciam accendit magis quam alia ora, et dies fervidissimus erat. Dicunt regem corpus calidum abluere voluisse et in flumine frigidissimo intravisse, sed, postquam subito artus rigere et vultus pallidus fieri coeperant, ab amicis flentibus in tabernaculum ductus esse: putabant enim regem in flore aetatis a vita raptus esse. Sed paulatim rediit animus et rex oculos levavit et amicos cognovit. Erat forte eo tempore in castra Philippus medicus, fidelissimus regi...”. “Euxine, loquax vir! – clamat uxor - Hospites cenam expectant! Si verba venderes, ditissima essem”.

Corrige errores:

1. Peto venia, non bene latine dicere valeo!
2. Si illus quem novi erat.
3. Nomen meum est Euxinos et nunc vobis narrabo clara historia.
4. Narrat olim clarus Alexandrum Magnum ad urbem nostram pulcherrimam pervenisse.
5. Aestas erat, cuius calor Ciliciam accendit magis quam alia ora, et dies fervidissimus erat.
6. Dicunt regem corpus calidum abluere voluisse et in flumine frigidissimo intravisse, sed ab amicis flentibus in tabernaculum ductus esse.
7. Amici putabant regem in flore aetatis a vita raptus esse.
8. Erat forte eo tempore in castra Philippus medicus, fidelissimus regi.

NOVA VERBA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE TRICESIMĀ SEPTIMĀ

accendēre	conferre	loquax, loquacis
aēr, aēris (m.)	confugēre	obstinatus, -a, -um
aetas, aetatis (f.)	crocum, -i (n.)	permutāre
allicēre	devertēre	piper, piperis (n.)
animadvertēre	diffundēre	praeda, -ae (f.)
apponēre	fervidus, -a, -um	prudens, -entis
Armenia, -ae (f.)	fluvialis, -e	quaestus, -us (m.)
aroma, aromatis (n.)	fovea, -ae (f.)	ratis, ratis (f.)
avis, avis (f.)	gener, generi (m.)	rigēre
calidus, -a, -um	interfluēre	sensus, -us (m.)
caupo, cauponis (m.)	latine	simul
caupona, -ae (f.)	legatus, -i (m.)	tabernaculum, -i (n.)
cinnamomum, -i (n.)	lenis, -e	tractus, -us (m.)

PARADIGMATA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE TRICESIMĀ SEPTIMĀ

allicio, -is, -lexi, -lectum, -ēre	intro, -as, -avi, -atum, -āre
cognosco, -is, -gnovi, -gnitum, -ēre	levo, -as, -avi, -atum, -āre
confugio, -is, -fugi, -ēre	occurro, -is, -curri, -cursum, -ēre
congero, -is, -gessi, -gestum, -ēre	profligo, -as, -avi, -atum, -āre
depono, -is, -posui, -pos(i)tum, -ēre	redeo, -is, -ivi, itum, -ire
effugio, -is, -fugi, -ēre	trado, -is, tradidi, traditum, -ēre

LECTIO DUODEQUADRAGESIMA

IULIĀ ET HANNĀ LATRUNCULIS LUDUNT

Ut desiderium viri absentis in animo leniat, Iuliā solet latrunculis ludere: ipsā et Hannā in tablino calculos vitreos, e thecā extractos, in eburneā tabulā lusoriā disponunt. Ut in bello milites, aut interfecti aut capti, neque suis auxilio neque adversariis detrimento esse possunt, ita est in ludo latrunculorum. Iuliā, cui calculi nigri sunt, proelium incipit, milites suos magnis itineribus movens in albam aciem et hostes petens. “Cave, dux, – monet Hannā – ne audaciā tuā causā ruinae multis militibus sit!”. Statim Iuliā videt unum ex latrunculis nigris alligatum duobus adversae partis calculis. “Mehercle! Imprudenter bellum gessi. Sed strenuum comitem mittam subsidio militi capto!” et, talia verba dicens, movet alium nigrum latrunculum, cuius adventu hostes, cedere coacti, captivum relinquunt. Diu ancipiti proelio atque acriter pugnatur, donec superstites albi latrunculi, undique circumventi, indutias petunt. “Vae victis!”, clarum Brenni dictum Iuliā refert. “Acceptam cladem autem tibi reddam...” Hannā respondet, sed eam plura dicere volentem asperā tussis quassat. Eo ipso tempore ancillae audiuntur, magnā voce clamantes: “Circulatores! Dominā, circulatores adsunt!”.

Responde Latinā linguā:

1. Cur calculi e thecā extrahuntur?
2. Quid est tabulā lusoriā?
3. Utrum latrunculis albis an nigris Hannā ludit?
4. Cur latrunculi militibus comparari possunt?
5. Quando latrunculus “alligatus” dici potest?
6. Uter exercitus proelium vincit?
7. Potestne Iuliā callidus et audax dux putari?
8. Cur Iuliā Brennum nominat?

Muta participium in sententiam:

1. Iuliã calculos vitreos, e thecã extractos, in eburneã tabulã lusoriã disponit.
Iuliã calculos vitreos, postquam, in eburneã tabulã lusoriã disponit.
2. Ut in bello milites, aut interfecti aut capti, neque suis auxilio neque adversariis detrimento esse possunt, ita est in ludo latrunculorum.
Ut in bello milites, si / postquam, neque suis auxilio neque adversariis detrimento esse possunt, ita est in ludo latrunculorum.
3. Statim Iuliã videt unum ex latrunculis nigris alligatum duobus adversae partis calculis.
Statim Iuliã videt unum ex latrunculis nigris qui duobus adversae partis calculis.
4. Strenuum comitem mittam subsidio militi capto.
Strenuum comitem mittam subsidio militi qui
5. Iuliã movet alium nigrum latrunculum, cuius adventu hostes, cedere coacti, captivum relinquunt.
Iuliã movet alium nigrum latrunculum, cuius adventu hostes, quia cedere, captivum relinquunt.
6. Diu ancipiti proelio atque acriter pugnatur, donec superstites albi latrunculi, undique circumventi, indutias petunt.
Diu ancipiti proelio atque acriter pugnatur, donec superstites albi latrunculi, quia undique, indutias petunt.
7. Vae victis!
Vae hostibus, qui
8. Acceptam cladem tibi reddam.
Tibi reddam cladem quae

Coniunge nomen et verbum:

- | | |
|--------------|---------------|
| a. bellum | 1. instruere |
| b. proelium | 2. accipere |
| c. victoriam | 3. committere |
| d. cladem | 4. gerere |
| e. aciem | 5. referre |

DAL TESTO ALLA GRAMMATICA

- Nel testo viene introdotto il participio perfetto, già noto per il suo impiego nella formazione dei tempi composti dell'indicativo, qui utilizzato senza l'ausiliare: esso risponde a diverse funzioni e significati, ma indica sempre un'azione passiva e anteriore a quella della frase principale.
- *Ipsā et Hannā in tablino **calculos vitreos**, e thecā **extractos**, in eburneā tabulā lusoriā disponunt*: si osserva che il participio **extractos** è in accusativo plurale perché concorda con il complemento oggetto **calculos**; l'azione indicata dal participio è inoltre passiva (**calculi extracti sunt**) ed è avvenuta in un momento precedente all'azione indicata dal verbo reggente *disponunt*. Pertanto, la frase equivale a: *Ipsā et Hannā calculos vitreos, **postquam e thecā extracti sunt**, in eburneā tabulā lusoriā disponunt*.
*Ut in bello **milites**, aut **interfecti** aut **capti**, neque suis auxilio neque adversariis detrimento esse possunt, ita est in ludo latruncolorum*: in questo caso i participi **interfecti** e **capti** si trovano al nominativo plurale perché concordano con il soggetto *milites*, indicando sempre un'azione passiva avvenuta in precedenza. La frase equivale a: *Ut in bello milites, **si aut interfecti aut capti sunt**, ...*
- *Sed strenuum comitem mittam subsidio **militi capto***: in questa frase il participio **capto** (dativo singolare concordato con **militi**), pur mantenendo il rapporto di anteriorità con la reggente, svolge una funzione diversa dai precedenti esempi, in quanto equivale a un vero e proprio attributo e può essere sostituito da un semplice aggettivo (**militi captivo**) o, in alternativa, da una frase relativa (**militi qui captus est**).
- *Vae **victis***: in questa proverbiale frase il participio plurale **victis** svolge una funzione ancora diversa poiché assume il valore di un sostantivo (**hostibus, qui victi sunt**).
- *Diu ancipiti proelio atque acriter **pugnatur***: in questa espressione è possibile osservare che la forma passiva alla terza persona singolare (**pugnatur**) può essere usata per esprimere un verbo impersonale.

SCHEDA GRAMMATICALE N.38

38 A. PARTICIPIO PERFETTO

Il participio perfetto, come si è già visto nella scheda n.26, è una forma verbale derivata dal tema del supino (la quarta voce del paradigma) al quale vengono aggiunte le desinenze -us, -a, -um: si declina pertanto nei tre generi come un aggettivo della prima classe. In unione con l'ausiliare "essere" il participio forma i tempi composti dell'indicativo o dell'infinito, ma può essere utilizzato anche da solo esprimendo sempre l'idea di un'azione passiva e anteriore alla principale.

A seconda del contesto può ricoprire diverse funzioni:

- **funzione verbale (participio congiunto):** equivale a una subordinata, per lo più una temporale o una causale, più raramente una ipotetica o una concessiva, che esprime sempre un'azione passiva e anteriore alla principale.
Iuliā et Hannā in tablino calculos vitreos, e thecā **extractos** (= **postquam e thecā extracti sunt**), in eburneā tabulā lusoriā disponunt.
In bello milites, **aut interfecti aut capti** (= **si aut interfecti aut capti sunt**), neque suis auxilio neque adversariis detrimento esse possunt
Hostes, cedēre **coacti** (= **quia cedēre coacti sunt**), captivum relinquunt.
- **funzione attributiva:** il participio equivale a un vero e proprio attributo concordato con il suo sostantivo in genere, numero e caso e potrebbe essere sostituito da un diverso aggettivo o da una relativa. In qualche caso, soprattutto in dipendenza da verbi di percezione, può svolgere la funzione di un complemento predicativo.
Strenuum comitem mittam subsidio militi **capto** (= **cattivo, qui captus est**).
Acceptam cladem (= cladem **quae accepta est**) autem tibi reddam.
- **funzione sostantivata:** equivale a un vero e proprio sostantivo.
Vae **victis!** (= **hominibus qui victi sunt**).
Clarum Brenni **dictum** (= **sententiam, verbum**) Iuliā refert.

38 B. PASSIVO IMPERSONALE

I verbi intransitivi utilizzano solo la terza persona singolare della forma passiva con valore impersonale. Nei tempi composti la desinenza del participio è neutra.

Diu ancipiti proelio atque acriter **pugnatur**.

Diu ancipiti proelio atque acriter **pugnatum est**.

EXERCITATIONES

1. Inveni participium et coniunge cum vocabulo:

hostium (vincēre) – bello (suscipēre) – consilium (detegēre) – regis (interficēre) – litteras (tradēre) – arma (abicēre) – hastam (emittēre) – militibus (capēre) – urbem (condēre) – castris (relinquēre) – hostes (vincēre)

2. Muta participium perfectum in sententiam et verte in Italicam linguam:

1. Legatus, ubi vidit Spartacum magnā vi tendēre, cohortem in medios hostes induxit et eos perturbatos fudit. 2. Ante Carthaginem deletam populus et senatus Romanus placide modesteque inter se rem publicam tractabant. 3. Romani Philippi regis filium, post multa et varia certamina acceptum in fidem, per insidias interfecerunt. 4. Tu solā, almā Venus, potes tranquillā pace iuvāre mortales, cum Mars armipotens in gremium tuum se reicit, devictus aeterno vulnere amoris. 5. Per multas gentes et per multa aequora vectus, has miseras inferias advenio, frater indigne mihi adempte! 6. Ut opes, bono custodi traditae, usu crescunt, ita vitā nostrā, bene conlocatā, satis longā est. 7. Optimus miles imperatoris mandata perficit.

3. Muta sententiam in participium perfectum et verte in Italicam linguam:

1. Cui dono lepidum novum libellum, qui modo aridā pumice expolitus est?
 2. Constat Hannibalem, quamquam clausus erat locorum angustiis, nocte sine ullo detrimento exercitus se expedivisse. 3. Arma virumque cano, qui primus ab oris Troiae profugus fato Italiam venit, postquam multum iactatus erat et terris et alto mari. 4. Propter iniuriam virginum, quae a Romanis raptae erant, acre bellum a Sabinis inceptum est. 5. Anno octavo decimo postquam reges eiecti sunt, C. Marcio, qui Coriolanus cognominatus erat, mater suasit ne Urbem oppugnaret. 6. Hannibal, postquam quintum et vigesimum annum agens imperator factus erat, omnes gentes Hispaniae bello subegit.

DE CIRCULATORIBUS

Iuliā, magnā voce ab ancillis vocatā, ad mirabilia properans videt gregem circulatorum constitisse in proximā viā et multitudinem omnium generum ac aetatum iam ad spectaculum occurrisse. In grege grallatores eminent, qui, superstantes perticis ad pedes adiectis, presso gradu inter spectatorum capita et puerorum risum incedunt. Paulo post, funambulū Iuliā cernit, qui per subtilem funiculum alte a terrā strictim ligatum nudis pedibus ascendit; ipse postea, in alto ambulans, tripudiat et, omnibus plaudentibus, globulis vitreis ludit. “Age! Age!” - vulgus clamat - “Bene factum!”. Nondum funambulus mirabilem ludum perfecit, cum pilarius, adulescens eximiā agilitate, incipit in altum quattuor circulos emittēre et emissa singula recipēre. Tandem omnes, spectaculo delectati, multos nummos in cistā ponunt quae a parvā simiā circumfertur.

Muta participium in sententiam:


1. Iuliā, magnā voce ab ancillis vocatā, ad mirabilia properans videt gregem circulatorum constitisse in proximā viā.
2. In grege grallatores eminent, qui, superstantes perticis ad pedes adiectis, presso gradu inter spectatorum capita incedunt.
3. Funambulus in alto ambulans, tripudiat et, omnibus plaudentibus, globulis vitreis ludit.
4. Pilarius incipit in altum quattuor circulos emittēre et emissa singula recipēre.
5. Tandem omnes, spectaculo delectati, multos nummos in cistā ponunt.

Muta sententiam in participium:


1. In grege grallatores eminent, qui presso gradu inter spectatorum capita et puerorum risum incedunt.
2. Funambulū Iuliā cernit, qui per subtilem funiculum alte a terrā strictim ligatum nudis pedibus ascendit.
3. Omnes multos nummos in cistā ponunt quae a parvā simiā circumfertur.

Divide periodum et distribue singulas sententias:

Iuliā, magnā voce ab ancillis vocatā, ad mirabilia properans videt gregem circulatorum constitisse in proximā viā et multitudinem omnium generum ac aetatum iam ad spectaculum occurrisse.



In grege grallatores eminent, qui, superstantes perticis ad pedes adiectis, presso gradu inter spectatorum capita et puerorum risum incedunt.



NOVA VERBA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE DUODEQUADRAGESIMĀ

acies, -ei (f.)	disponĕre	multitudo, -dinis (f.)
acriter	eminĕre	niger, -gra, -grum
adversarius, -i (m.)	funambulus, -i (m.)	pertica, -ae (f.)
adversus, -a, -um	funiculus, -i (m.)	pilarius, -i (m.)
agilitas, -atis (f.)	globulus, -i (m.)	quassāre
alligāre	grallator, -oris (m.)	recipĕre
alte	hostis, -is (m.)	risus, -us (m.)
anceps, ancipitis	imprudenter	simia, -ae (f.)
calculus, -i (m.)	incedĕre	singulus, -a, -um
cernĕre	indutiae, -arum (f.)	strictim
circulator, -is (m.)	interficĕre	subtilis, -e
circulus, -i (m.)	latrunculus, -i (m.)	superstāre
circumferre	lenĭre	tripudiāre
cladis, -is (f.)	ligāre	tussis, -is (f.)
circumvenĭre	ludus, -i (m.)	vae
detrimentum, -i (n.)	lusorius, -a, -um	

PARADIGMATA QUAE ADHIBENTUR IN LECTIONE DUODEQUADRAGESIMĀ

adicio, -is, -ieci, -iectum, -ĕre	emitto, -is, -misi, -missum, -ĕre
capio, -is, cepi, captum, -ĕre	extraho, -is, -traxi, -tractum, -ĕre
circumvenio, -is, -veni, -ventum, -ĭre	interficio, -is, -feci, -fectum, -ĕre
cogo, -is, coegi, coactum, -ĕre	ligo, as, -avi, -atum, -āre
consisto, -is, -stiti, -ĕre	vinco, -is, vici, victum, -ĕre

LECTIO UNDEQUADRAGESIMA

APUD TARSII EMPORIUM

Quibus rebus auditis, Iuliā muliebri controversiae finem imponit = **Sed his** rebus auditis, Iuliā muliebri controversiae finem imponit.

Quae cum vidisset, Iuliā muliebri controversiae finem imposuit = **Et cum ea** vidisset, Iuliā muliebri controversiae finem imposuit.

42 B. SINTASSI: PERIODO IPOTETICO

Il periodo ipotetico può utilizzare, oltre al congiuntivo presente (II tipo) e imperfetto (III tipo), anche il congiuntivo perfetto e piuccheperfetto:

- periodo ipotetico del II tipo o della possibilità: utilizza i verbi al congiuntivo perfetto per esprimere un'ipotesi riferita al passato (frequente nei cosiddetti *exempla ficta*, esempi immaginari con funzione argomentativa); di norma il congiuntivo perfetto si trova nella protasi, mentre l'apodosi è al congiuntivo presente
- periodo ipotetico del III tipo o dell'irrealtà: utilizza i verbi al congiuntivo piuccheperfetto per esprimere un'ipotesi riferita al passato

Si fortunã omnia **abstulerit** praeter unum amicum, num infelicem te ipsum putes?

Si **cognovissem** te lupam esse, numquam fidem tibi **habuissem**!

EXERCITATIONES

1. Verte sententias in Italicam linguam:

1. Amittit merito proprium qui alienum appetit. 2. Erant eae stellae, quas numquam ex hoc loco vidimus; ex quibus minimā erat eā, quae ultimā a caelo, citimā a terris luce lucebat alienā. 3. Themistocles persuasit populo ut classis centum navium aedificaretur; quā celeriter effectā, primum Corcyreos fregit, deinde maritimos praedones vicit. 4. Qui prius strinxerit ferrum, eius victoriā erit. 5. Quae illi audire aut legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi. 6. Virtus nec eripi nec surripi potest, neque naufragio neque incendio amittitur, nec tempestate nec temporum perturbatione mutatur. Quā praediti qui sunt, soli sunt divites. 7. Consilia qui dant prava cautis hominibus, et perdunt operam et deridentur turpiter.

2. In quibus sententiis pronomen is omitti potest?

1. Saepe ii, qui consulatum petunt, maria montesque civibus promittunt. 2. Saepe ab iis, qui consulatum petunt, maria montesque civibus promittuntur. 3. Saepe audivi eos, qui consulatum petunt, maria montesque civibus promittere. 4. Ignominiosa sunt ea, quae de exercitus fugā tradita sunt. 5. Ignominiosa sunt ea, quae rerum scriptores de exercitus fugā tradiderunt. 6. Is, qui in bello primus in hostium oppidi murum ascenderat, coronā, quae “muralis” dicebatur, donabatur. 7. Is, cui coronā “muralis” donabatur, primus in hostium oppidi murum ascenderat.

3. Exple sententias:

1. (esse) imperitum animal et sine magnā experiētiā rerum homo, si (circumscribere) natalis soli finibus. 2. Si (velle) Hannibalis proelia omnia describere, dies me (deficere). 3. Sapiens, si ex eo (quaerere) stellarum numerus impar an par sit, nescire se (dicere). 4. Ego (esse) impudens, si plus (postulare). 5. Si Troiani equum ligneum (delere), urbs Troiā a Graecis non (capere).

DE ARCANO AUXILIO

Obscurā nocte Olympiā furtim derepit lectulo suo, nullo sono pedem limine effert et per opaca viarum notam domum petit. “Melaniae carmina caelo possunt deducere lunam vel rapidi fluminis vertere viam; nisi ipsā vidissem, minime credulā essem... sed his oculis vidi quae numquam credideram. Mutabit Attici animum, ad me mox reducet”: quae secum cogitans, ianuam ter pulsat. Signo dato, Olympiā domum admittitur: “Quid a Melaniā petis?”. “Ut amor meus mutuus sit nec qui a me amatur me carere possit”. “Quid Melaniae donabis?”. “Unum assem: nihil aliud habeo”. “Satis”. Tum Melaniā, manibus sublatis, apud focum orat: “O non infidelis arbitrā, triplex Dianā, quae silentium regis, cum arcana fiunt sacra, nunc, nunc rebus meis ades!”. Quibus verbis dictis, cum amanti circumdederit terna licia triplici diversa colore, eam iubet tribus nodis nectere et ter canere ‘Veneris vincula necto’. Deinde in focum inicit ceream viri effigiem et amoris pignora ab Olympiā accepta: “Ut hic limus durescit et haec cerā liquescit, uno eodemque igni, sic vir feminae amore...”.

Creditne miserā Olympiā? An qui amant ipsi sibi somnia fingunt?

Exple sententias:

1. Olympiā obscurā nocte domo exit ut
2. Nemo eam videt, quia
3. Olympiā ad Melaniam furtim contendit ut
4. Olympiā olim vidit Melaniam, potentissimam magam, carminibus suis
.....
5. Melaniā pauper mulier est: nam pro uno asse
6. Dianā deā “triplex” vocatur quia
7. Melaniā sacra celebrante, Olympiā primum
circumdatur, deinde nectit, denique
..... canit.
8. Cereā effigies in focum inicitur, ubi

NOVA VERBA QVAE ADHIBENTUR IN L. QUADRAGESIMĀ SECUNDĀ

admittĕre	durescĕre	lupa, -ae (f.)
aemulus, -a, -um	efferre	minime
altercāre	finis, -is (m./f.)	molliter
arbitra, -ae (f.)	furtim	mutāre
arcanus, -a, -um	fustis, -is (m.)	mutuus, -a, -um
arrogans, -antis	ignominia, -ae (f.)	nectĕre
as, assis (m.)	impudens, -entis	nodus, -i (m.)
cera, -ae (f.)	infidelis, -e	opacus, -a, -um
cereus, -a, -um	inicĕre	pudicitia, -ae (f.)
comedĕre	insusurrāre	rapidus, -a, -um
costa, -ae (f.)	levis, -e	tener, -era, -erum
credulus, -a, -um	licium, -i (n.)	ter
derepĕre	limus, -i	ternus, -a, -um
distorquĕre	liquescĕre	triplex, triplicis
donāre	lis, litis (f.)	vinculum, -i (n.)

PARADIGMATA QVAE ADHIBENTUR IN L. QUADRAGESIMĀ SECUNDĀ

circumdo, -as, -dedi, -datum, -āre contendo, -is, -tendi, -ĕre	insusurro, -as, -avi, -atum, -āre
---	-----------------------------------

CAPITULUM XII

SYRACUSIS - TAUROMENII, 65 a.Ch.n.

LECTIO QUADRAGESIMA TERTIA

DE HANNAE INTERITU

Extremo mense Ianuario tam asperum frigus urbem perfundit ut terrā candidā fiat marmoreo gelu. Iisdem diebus adeo ingravescit Hannae morbus, ut mulier inter oscula complexusque carissimorum decedat. Tiberius, postremo spiritu excepto et oculis pressis, Hannam magnā voce nomine maestus vocat; tum ceteri simul gementes per intervalla conclamant. Funere indicto, corpus in lecto funebri exponitur, apud quem praeficae et ancillae, crinibus solutis, unguibus ora et pectora pugnis sic foedant ut femineo ululatu totā domus fremat. Tribus diebus interiectis, dum primā luce pompā paratur, magister funeris imperat: “Exequiae rite solvantur! Tibicines praecedant praeficas, neniam canentes, et servos cum facibus! Familiares funebri lecto humeros subiciant! Et vos, matronae, nudato capite ne procedatis!”. Dum pompā per urbem ducitur, multi conveniunt: “Tam piā, castā, probā feminā Hannā erat ut, vivā, numquam vituperatā sit, immo saepius laudaretur, et, mortuā, diutinā memoriā dignā sit”. Cum extra moenia perventum sit, in loco qui ustrinum appellatur altus rogos extruitur: lecto funebri imposito, post ultimam conclamationem, cum postrema munera (vasa et monilia et unguenta) donata sint, rogos facibus ardentibus succenditur. Luget Iuliā ante rogam ardentem, dum flammās latrunculos urēre videt. Denique ossa, cum cinere lecta, mero ac lacte sparsa, in urnam marmoream includuntur, quae in sepulcro gentis Plotiae ponitur. Vale, Hannā! Sit tibi terrā levis.

Quomodo possumus facta paucis verbis narrāre?

Quis?	Quando?	Ubi?	Quid agit?	Cur?
Hannā		domi		
Tiberius		domi		
praeficae				quia mos est
tibicines		in itinere		
matronae		in itinere		
cives				quia probā erat
Tiberius, Aulus et Iuliā		apud rogum		

Quem exitum facta habent?

1. Hannae morbus tam gravis erat, ut mulier
2. Hannā tam probā mulier erat, ut Syracusarum cives
3. Post Hannae mortem, omnes tanto dolore afficiuntur / affecti sunt, ut
.....
4. Ancillae, crinibus solutis, tam magnā voce plorant / plorabant, ut
.....
5. Tam altus rogos extruitur / extractus est, ut flammae

Dic aliter:

1. Funere indicto, corpus in lecto funebri exponitur.
2. Tibicines praecedant praeficas, neniam canentes.
3. Cum extra moenia perventum sit, in loco qui ustrinum appellatur altus rogos extruitur.
4. Luget Iuliā ante rogam ardentem, dum flammam latrunculos urere spectat.
5. Denique ossa, cum cinere lecta, mero ac lacte sparsa, in urnam marmoream includuntur, quae in sepulcro gentis Plotiae ponitur.

DAL TESTO ALLA GRAMMATICA

- Nel brano si introduce l'uso del congiuntivo esortativo, impiegato al presente in frasi indipendenti per esprimere un invito o un'esortazione: *Exequiae rite solvantur! Tibicines praecedant praeficas, neniam canentes, et servos cum facibus!* La forma negativa si riconosce nella frase *Et vos, matronae, nudato capite ne procedatis!*
- Nel testo si incontrano inoltre per la prima volta le frasi subordinate consecutive, introdotte dalla congiunzione *ut* e caratterizzate dal verbo al congiuntivo.

Extremo mense Ianuario tam asperum frigus urbem perfundit ut terrā candidā fiat marmoreo gelu: il verbo della consecutiva (*fiat*) si trova al congiuntivo presente, perché nel presente si verifica la conseguenza dell'azione della reggente (*perfundit*); si può anche osservare nella reggente l'avverbio *tam* che, rafforzando l'aggettivo *asperum*, anticipa la consecutiva.

Iisdem diebus adeo ingravescit Hannae morbus, ut mulier inter oscula complexusque carissimorum decedat: anche in questa situazione il verbo colloca nel presente (*decedat*) la conseguenza dell'azione della reggente (*ingravescit*); in questo caso, *adeo* è l'avverbio che anticipa la consecutiva.

Tam piā, castā, probā feminā Hannā erat ut, vivā, numquam vituperatā sit, immo saepius laudaretur, et, mortuā, diutinā memoriā dignā sit: in questo periodo si può verificare come le consecutive utilizzino anche il verbo al congiuntivo perfetto (*vituperatā sit*) o imperfetto (*laudaretur*) per una conseguenza che si verifica nel passato; la differenza tra i due tempi riguarda l'aspetto dell'azione, puntuale e circoscritta (*numquam*) nel caso del perfetto, duratura o ripetuta (*saepius*) nel caso dell'imperfetto. Il periodo fornisce anche un esempio di consecutiva negativa, in cui la negazione (*numquam*) rimane distinta dalla congiunzione *ut*.

SCHEDA GRAMMATICALE N.43

43 A. CONGIUNTIVO ESORTATIVO

Il **congiuntivo presente** può essere impiegato anche in frasi indipendenti per esprimere un consiglio, un invito, un'esortazione rivolti per lo più in terza persona singolare o plurale; la forma negativa è introdotta dalla particella **ne**.

Exequiae rite **solvantur!** Tibicines **praecedant** praeficas, neniam canentes, et servos cum facibus! Familiares funebri lecto humeros **subiciant!**

Sit tibi terrā levis.

Et vos, matronae, nudato capite **ne procedatis!**

43 B. SINTASSI: SUBORDINATE CONSECUTIVE

La subordinata consecutiva è introdotta dalla congiunzione **ut** (se ha senso positivo) o **ut non** (se ha senso negativo), seguita dal verbo al **congiuntivo presente, imperfetto o perfetto**: a differenza delle altre subordinate al congiuntivo, i tempi della consecutiva non sono sintatticamente determinati da quelli della reggente, ma dal fatto che la conseguenza dell'azione espressa dalla reggente sia collocabile nel passato o nel presente. Inoltre, l'imperfetto e il perfetto sono impiegati in riferimento al loro valore aspettuale: l'imperfetto indica un'azione ripetuta o duratura, mentre il perfetto indica un'azione conclusa o momentanea.

La negazione è sempre separata dalla congiunzione **ut**, dando luogo ad espressioni quali **ut non, ut nemo, ut nihil, ut numquam...**

La consecutiva è solitamente anticipata nella reggente da avverbi o aggettivi, di cui i più frequenti sono tra gli avverbi **tam, tantum, sic, ita, adeo** e tra gli aggettivi **tantus, -a, -um** (idea di grandezza), **talis, -e** (idea di qualità), **tot** (idea di quantità). Anche **is - eā - id** può essere utilizzato come antecedente della consecutiva: in questo caso il suo significato equivale a **talis, -e**.

Iisdem diebus **adeo** ingravescit Hannae morbus, **ut** mulier inter oscula complexusque carissimorum **decedat**.

Praeficae et ancillae, crinis solutis, unguibus ora et pectora pugnis **sic** foedant **ut** femineo ululatu totā domus **fremat**.

Tam piā, castā, probā feminā Hannā erat **ut**, vivā, numquam **vituperatā sit**, immo saepius **laudaretur**, et, mortuā, diutinā memoriā dignā **sit**.

EXERCITATIONES

1. Exple sententias et verte in Italicam linguam:

1. Asiā tam opimā est ac fertilis, ut et ubertate agrorum et varietate fructuum et multitudine earum rerum quae exportantur facile omnibus terris (antecellere). 2. Hannibal in Italiā gravi morbo oculorum adeo affectus est, ut postea numquam dextro aeque bene (videre). 3. In pugnā Marathoniā tantum virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem numerum hostium (profligare). 4. Hamilcar non solum hostes a muris Carthaginiis removit, sed etiam eo compulit, ut, locorum angustiis clausi, plures fame quam ferro (interire). 5. Non sum tam demens, ut aegrotare (cupere). 6. Tantā religio apud Segestanos est, ut nemo, neque liber neque servus, Dianae signum manu (attingere). 7. Tantā erat vis Aquilonis, ut altae turres (aequare) humo tectaque rapta (ferre). 8. Castrum sic aedificatum est, ut in omnibus partibus exitus (habere).

2. Observa sententias: quid sunt?

1. Iam res Romanā adeo erat validā ut omnibus finitimis civitatibus par bello esset. 2. Thraciae rex, ut Teucrum opes fractae sunt et Fortunā recessit, fas omne abruptit. 3. Quo modo Cato, ut alia omittam, mortem filii tulit! 4. Pater Hippodamiam nemini nubere volebat, quia ei oraculum suaserat ut mortem a genero illatam caveret. 5. Conon Atheniensis ad mare missus est, ut Cypriis et Phoenicibus ceterisque maritimis civitatibus naves longas imperaret classemque compararet, dato adiutore Pharnabazo, ut ipse voluerat. 6. Eā caritate patriae maiores nostri tenebantur, ut nullus senator arcana consilia patrum enuntiaverit.

3. Verte superiores sententias in praesens tempus.

DIS MANIBUS

Tantā est Romanā religio ut funestā familiā novem dies, qui “feriae denicales” appellantur, nullo negotio intersit et domi maneat. Nono autem die domus lustratur et apud sepulcrum epulae, quae “cenā novendialis” appellantur, parantur. Itaque Iuliā, Aulus, Tiberius et omnes qui funeri adfuerunt, atris vestibibus mutatis, ut mos est, ad inferias apud Hannae sepulcrum conveniunt: “Parva petunt Manes” – Tiberius inquit -. “Pietas pro divite munere eis gratā est: haec igitur habeant placabiles umbrae cum bonis precibus”. Tum ipse, memor veteris ritus, Dis Manibus ova, nigras fabas, mellitas placentas et micas salis praebet, mero et lacte libans; quo cibo, in sepulcrum infuso, umbrā quoque pascitur. Denique, sertis coronisque purpureis lapis velatur.

D.M.
HANNAE PLOTIAE
FIDAE PROBAEQUE
TI. LIBERTAE
NUTRICI DULCISSIMAE
TI. PLOTIUS VARUS
AU. PLOTIUS VARUS
FECERUNT
VIXIT ANNOS LII

Responde Latinā linguā:

1. Quid sunt “feriae denicales”?
2. Quid est “cenā novendialis”?
3. Quando “cenā novendialis” paratur?
4. Qui sunt convivae?
5. Qui sunt Dei Manes et ubi vivunt?

NOVA VERBA QUAE ADHIBENTUR IN L. QUADRAGESIMĀ TERTIĀ

adeo	gelu, -us (n.)	pius, -a, um
ater, -ra, -rum	humerus, -i (m.)	placabilis, -e
castus, -a, -um	includere	placenta, -ae (f.)
complexus, -us (m.)	indicere	postremus, -a, -um
conclamatio, -onis (f.)	inferiae, -arum (f.)	praefica, -ae (f.)
diutinus, -a, -um	ingravescere	pugnus, -i (m.)
epulae, -arum (f.)	interesse	religio, -onis (f.)
excipere	intervallum, -i (n.)	ritus, -us (m.)
exsequiae, -arum (f.)	lugere	rogus, -i (m.)
fabā, -ae (f.)	lustrare	sal, salis (m.)
fax, facis (f.)	Manes, -ium (m.)	succendere
familiaris, -e	mellitus, -a, -um	tibicen, -inis (m.)
femineus, -a, -um	memor, memoris	ululatus, -us (m.)
foedare	merum, -i (n.)	umbra, -ae (f.)
frigus, -oris (n.)	monile, -is (n.)	unguis, -is (m.)
funebri, -e	novendialis, -e	urna, -ae (f.)
funestus, -a, -um	os, ossis (n.)	ustrinum, -i (n.)
funus, -eris (n.)	ovum, -i (n.)	vituperare

PARADIGMATA QUAE ADHIBENTUR IN L. QUADRAGESIMĀ TERTIĀ

adsum, ades, adfui, adesse	indico, -is, -dixi, -dictum, -ere
ambulo, -as, -avi, -atum, -are	infundo, -is, -fudi, -fustum, -ere
dono, -as, -avi, -atum, -are	premo, -is, pressi, pressum, -ere
excipio, -is, -cepi, -ceptum, -ere	vituperō, -as, -avi, -atum, -are



DESCRIBE TABULAM

LECTIO QUADRAGESIMA QUARTA

DE AULI CONSOBRINO

In oppido Tauromenio, exeunte mense Februario, Marcus Cottius magnā gravitate litteras a Tiberio, avunculo suo, missas oculis percurrit. A Veliā uxore interrogatus quidnam fieret, respondet: “Fit ut Hannā, Auli nutrix, gravi morbo obiverit et consobrinus meus inconsolabili maerore vincatur. Avunculus me rogat ut quam primum ad eum veniam: familiaritas nostrā - hoc putat - gratissimā ei erit”. “Auli memini, suavis iuvenis, et pulchrae uxoris, quam die nuptiali vidimus – addit Veliā. – Quamquam multis negotiis implicaris, ne eos deserueris in tantā tempestate!”. Cottius enim dominus est maximae officinae, apud viam Pompeiam extra moenia sitae, ubi ex optimā cretā amphorae fiunt; is autem adeo consobrinum diligit ut, cum eodem die ad figlinam contenderit, omnibus rebus inspectis, Herennium officinatorem moneat: “Fac ut, me absente, nullus figulus operam intermittat et, quae necessaria erunt, ut res tempusque postulabit, provideas”. Tum, cum domum redierit, uxori nuntiat: “Tempus est ut Syracusas eamus! Publiolus quoque nobiscum veniet, tam blandus puer ut ad eius conspectum nullā possit durāre maestitiā”.

Pone in ordine temporis:

1. Marcus Cottius statuit ut Syracusas contendat.
2. Marcus Cottius Auli consobrinus est.
3. Veliā Marco suadet ut Syracusas contendat.
4. Marcus Cottius ad figlinam contendit.
5. Tiberius epistolā sororis filium rogat ut Syracusas veniat.
6. Marcus Cottius officinatori negotia sua committit.
7. Post Hannae mortem Auli animus maestus est nec levāri potest.
8. Marcus Cottius statuit ut parvum filium quoque secum ducat.
9. Tiberius putat consobrini familiaritatem filio posse solacium praebere.

DAL TESTO ALLA GRAMMATICA

- Nella frase *ne eos deserueris in tantā tempestate!* si osserva una nuova modalità per esprimere l'imperativo con senso negativo, con il congiuntivo perfetto preceduto dalla negazione *ne*.
- Nel testo si incontrano poi per la prima volta le subordinate complete di fatto, simili alle consecutive dal punto di vista dei tempi verbali e delle modalità utilizzate per l'espressione negativa, ma ben diverse nel senso.

Fit ut Hannā, Auli nutrix, gravi morbo obiverit et consobrinus meus inconsolabili maerore vincatur. la subordinata è introdotta dalla congiunzione *ut* e presenta i verbi *obiverit* e *vincatur* al congiuntivo. Essa tuttavia non esprime una conseguenza logica della reggente, ma ne completa il senso indicando fatti accaduti rispettivamente nel passato o nel presente.

Fac ut, me absente, nullus figulus operam intermittat et, quae necessaria erunt, ut res tempusque postulabit, provideas. anche in questo caso le due subordinate *ut nullus figulus operam intermittat* e *provideas* completano il senso del verbo reggente *fac*, indicando azioni che risultano collocate nel presente. Si può notare anche l'uso della negazione, distinta dalla congiunzione *ut* come nelle consecutive.

Tempus est ut Syracusas eamus! Publiolus quoque nobiscum veniet, tam blandus puer ut ad eius conspectum nullā possit durāre maestitiā. nel primo periodo si osserva la presenza della completa, che spiega l'espressione reggente *tempus est*; nel secondo periodo si riconosce invece una vera e propria consecutiva, anticipata dall'avverbio *tam*.

- Il testo permette inoltre di riprendere la riflessione sui diversi significati del verbo *fieri*, utilizzato come passivo di *facere* nella frase *ubi ex optimā cretā amphorae fiunt*, oppure come impersonale nella frase *fit ut...*

SCHEDA GRAMMATICALE N.44

44 A. IMPERATIVO NEGATIVO

Oltre alla modalità già nota (noli / nolite + infinito), l'imperativo negativo può essere formato anche dal **congiuntivo perfetto** preceduto dalla particella **ne**. A differenza del congiuntivo esortativo, che esprime un invito o un consiglio, questa forma esprime un vero e proprio ordine.

Ne eos **deserueris** in tantā tempestate!

44 B. SINTASSI: SUBORDINATE COMPLETIVE DI FATTO

La subordinata completiva di fatto è introdotta dalla congiunzione **ut** (se ha senso positivo) o **ut non** (se ha senso negativo), seguita dal verbo al **congiuntivo**. Nella maggioranza dei casi vengono utilizzati il congiuntivo presente e imperfetto, che esprimono un'azione contemporanea alla reggente, rispettivamente al presente o al tempo storico; più raramente viene utilizzato il congiuntivo perfetto, che esprime un'azione anteriore. Tale subordinata completa il senso della reggente indicando un dato di fatto e si trova in dipendenza da numerosi verbi impersonali (**fit, evenit, accidit**), verbi di azione (**facere, efficere**), espressioni particolari (**mos est, lex est, consuetudo est, tempus est**).

Fit ut Hannā, Auli nutrix, gravi morbo **obiverit** et consobrinus meus inconsolabili maerore **vincatur**.

Fac ut, me absente, nullus figulus operam **intermittat** et, quae necessaria erunt, **provideas**.

Tempus est ut Syracusas **eamus**!

EXERCITATIONES

1. Verte sententias in orationem rectam:

1. Ancillā puero imperavit ne ad cacumen arboris perveniret. 2. Mater filium prohibet in equum ascendere. 3. Sacerdos prohibuit rogam facibus succendi. 4. Magister funeris imperat ne nudato capite mulieres domo exeant. 5. Magister equitum iussit omnes celerius equitare. 6. Dux milites monet ut celerius iter faciant. 7. Sacerdotes imperaverunt ut serpentes liberarentur.

2. Verte in Italicam linguam:

1. Atilius Regulus, cum Romam venisset, uxorem a complexu removit et senatui suavit ne pax cum Poenis fieret, dicens se tanti non esse ut tot milia captivorum pro se uno redderentur. 2. Dum haec in Asiā geruntur, accidit ut legati Prusiae Romae apud T. Quintum Flaminium cenarent atque ibi, de Hannibale mentione factā, unus ex iis diceret eum in Prusiae regno esse. 3. Piratae tum omnia maria ita infestabant, ut Romanis toto orbe victoribus solā navigatio tutā non esset. 4. Ut Hecubā ipsum Priamum sumere iuvenalia arma vidit, “Quae mens tam dirā, miserrime coniunx, - inquit - impulit his cingi telis? Aut quo ruis?”. 5. Cum Scipio in Africam provinciam milites traiecisset, decretum est ut supplicatio fieret, ut eā res salutaris populo Romano ipsique duci atque exercitui esset. 6. Ut et monere et moneri proprium est verae amicitiae et alterum libere facere, alterum patienter accipere, sic nullā in amicitias pestis maior est quam adulatio.

3. Elige rectam sententiam:

1. Dux militibus imperavit *ut nullum/ne ullum* templum incenderetur. 2. Cai equus tam celeriter currit *ut nullus/ne ullus* alius eum superare possit. 3. Ad templum civium fit concursus atque impetus *ne/ut non* Herculis simulacrum Verris servi auferant. 4. Omnes labores te excipere video: timeo *ut/ne* sustineas. 5. Efficite *ut nullus/ne ullus* civis consilia vestra intellegat.

DE BLANDO PUERO

“Quot annos habes?” quaerit Aulus, genibus nixus. “Quattuor”, puer pusillis digitis annos numerat. “Puer magnus sum et *celerissime* curro. Specta!”. Et statim currere incipit per atrium totum, donec a matre apud impluvium arripitur: “Publiole, ne sis puer improbus! Haec non tuā domus est, sed Iuliae!”. “Iuliā, visne mecum currere?”, pergunt garrulus puer et continuo: “Iuliā, habesne crustulum?”. Iuliā mulcet caput puero: “Habeo. Veni mecum”. Et eum dextrā implicatum in culinam ducit, ubi consuetudo est ut crustula melle olentia in mensā fumante Olympiā imponat. Aliquanto post Veliā videt filium oscitantem et teneros ocellos somno coniventes: “Tempus est ut quiescas”. Sed Publiolus, cum in lectulo iaceat, teneros ocellos aperit et fabulam rogat. “Callidā vulpes forte in puteum cecidit – mater narrat -. Venit lupus et ex eā quaesivit quid ibi faceret. Vulpes respondit: ‘Amice, hic habeo multos pisces et bonos. Huc veni, tu quoque pisces habebis’. “Et quid evenit?” puer scire vult. “Evenit ut lupus stultus quaereret quomodo posset in puteum descendere. Vulpes ei ostendit situlam: supra puteum erant enim duae situlae, quarum alterā ascendebat, alterā descendebat”. “Et quid accidit?”. “Accidit ut lupus situlā quam vulpes ostenderat in puteum descenderet. Vulpes autem in alterā situlā consistens ascendit. Mediā viā inter se occurrerunt. ‘Multos pisces comedi et nunc ascendo. Tu autem descende et mirabilia invenies’, dixit callidā vulpes”. “Et postea quid evenit?”. “Evenit ut lupus nullos pisces inveniret et totam noctem in puteo maneret. Et nunc dormi, puer, claude ocellos”.

Narra fabulam de callidā vulpe et lupo adhibens praesens tempus et orationem obliquam: *Callidā vulpes forte in puteum cadit...*

NOVA VERBA QUAE ADHIBENTUR IN L. QUADRAGESIMĀ QUARTĀ

arripĕre	figlina, -ae (f.)	mulcĕre
avunculus, -i (m.)	figulus, -i (m.)	numerāre
blandus, -a, -um	fumāre	obĭre
comedĕre	garrulus, -a, -um	ocellus, -i (m.)
conivĕre	genu, -us (n.)	officator, -oris (m.)
consobrinus, -i (m.)	gravitas, -atis (f.)	oscitāre
consuetudo, -inis (f.)	implicāre	percurrĕre
continuo	improbus, -a, -um	providĕre
creta, -ae (f.)	inconsolabilis, -e	pusillus, -a, -um
durāre	maeror, -oris (m.)	quomodo
exire	medius, -a, -um	situla, -ae (f.)
familiaritas, -atis (f.)		vulpes, -is (f.)

PARADIGMATA QUAE ADHIBENTUR IN L. QUADRAGESIMĀ QUARTĀ

ascendo, -is, -scendi, -scensum, -ĕre	implico, -as, -avi, -atum, -āre
desero, -is, -serui, -sertum, -ĕre	obeo, -is, -ivi, -itum, -ĭre
evenio, -is, -veni, -ventum, -ĭre	ostendo, -is, -tendi, -tentum, -ĕre
comedo, -is, -edi, -esum, -ĕre	

LECTIO QUADRAGESIMA QUINTA

CONSOLATIO AD AULUM

Sub tremulo lumine candidae lunae domus silet et omnia placida sunt compostā quiete: at Aulus, turbatus tristi mente, somno non carpitur nec oculis aut pectore noctem accipit. Pallio indutus, quo se defendat a nocturno frigore, in hortum exit; hic in Marcum incidit, qui exclamat: “Tu quoque vigilas, frater mi!”. “Ita est - Aulus respondet -. Nocte animus gravior opprimitur et nihil est praeter lacrimas quod solacium praebeat: quocumque me conferam, dulcem nutricem meam animus et oculi requirunt”. “Nihil difficilius est quam magno dolori paria verba reperire. Nunc tamen, cum semper acerbā sit et immaturā mors eorum, quos amamus, talem te esse oportet qui magnum animum sumas et humanae naturae consentias”. Tacet Aulus aliquantum; postea addit: “Semper, cum sidera specto, ex me quaero ubi sit”. “Nemo est qui hoc scire possit: sunt philosophi et fuerunt qui putarent et animam et corpus eodem tempore dissolvi, alii qui putarent animas, corporibus solutas, beatas ad locum superiorem pervenire, alii qui putarent eas in novas formas et nova corpora mutari. Quis eorum verum dicat nescio, sed hoc pro certo habeo: Hannā, quae te ut mater dilexit, torquēri te aut non vult aut non intellegit; si enim nihil sentit, supervacuum est dolor tuus, si sentit, ingratus ei est. Quid iuvat dolori intabescere quem ipsā finire cupit? Gaude potius te tam bonam nutricem habuisse et cogita iucundissimum esse, quod habuisti, humanum, quod perdidisti”.

Responde Latinā linguā:

1. Quid Auli animum opprimit?
2. Quid Aulus nocte agit, cum eius animus opprimitur nec quiescere potest?
3. Quibus argumentis Marcus consobrinum monet ut lacrimas deponat?

DAL TESTO ALLA GRAMMATICA

- Nel testo vengono introdotte le subordinate relative improprie, il cui significato è equivalente a quello di una finale o di una consecutiva.

Pallio indutus, quo se defendat a nocturno frigore, (Aulus) in hortum exit: la subordinata, che è introdotta dal pronome relativo *quo* e presenta il verbo al congiuntivo, corrisponde alla finale *ut eo se defendat a nocturno frigore*; il verbo è al congiuntivo presente in dipendenza da una principale al presente.

Nel periodo *Talem te esse oportet qui magnum animum sumas et humanae naturae consentias* la relativa acquista invece un senso consecutivo e il pronome *qui* sostituisce semplicemente la congiunzione *ut*.

Una sfumatura consecutiva si riconosce anche nelle frasi negative *Nihil est praeter lacrimas quod solacium praebeat* e *Nemo est qui hoc scire possit*, in cui l'aggettivo *talis, tale* è implicito.

Nel periodo *Sunt philosophi et fuerunt qui putarent et animam et corpus eodem tempore dissolvi* il congiuntivo imperfetto si giustifica con la dipendenza dal tempo storico della reggente.

SCHEDA GRAMMATICALE N.45

45 A. SINTASSI: SUBORDINATE RELATIVE IMPROPRIE

La subordinata relativa impropria si distingue sia per la presenza del verbo al congiuntivo che per il significato equivalente a quello di una **finale** o di una **consecutiva**: nel primo caso i tempi del congiuntivo sono presente o imperfetto, come nella finale introdotta da *ut*, nel secondo presente, imperfetto o perfetto, come nella consecutiva introdotta da *ut*.

Vengono considerate relative improprie anche quelle che completano espressioni come **nemo est qui...**, **nemo invenitur qui...**, **nihil est quod...**, **nihil habeo quod...**

Pallio indutus, **quo** se **defendat** a nocturno frigore, in hortum exit.

Nihil est praeter lacrimas **quod** solacium **praebeat**.

Talem te esse oportet **qui** magnum animum **sumas** et humanae naturae **consentias**.

Nemo est **qui** hoc scire **possit**.

Sunt philosophi et fuerunt **qui putarent** et animam et corpus eodem tempore dissolvi.

EXERCITATIONES

1. Exple sententias et verte in Italicam linguam:

1. Nemo est qui te non (timēre). 2. Cives delecti Delphos missi sunt, qui (consulēre) Apollinem, quem ducem (eligēre). 3. Post pugnam apud Zamam, Numidae, qui cum Hannibale ex acie (discedēre), in eum insidias paraverunt; quos non solum (effugēre), sed etiam (opprimēre). 4. Q. Metellus, cum pro consule bellum in Hispaniā contra Celtiberos gereret, diu multumque consiliis agitatis, viam repperit, quā propositum suum ad exitum (perducēre). 5. Adulescentuli similes sunt teneris arbusculis, quae regi (debēre) palis robustis, qui ventorum et imbrium vim (sustinēre). 6. Cloeliā, deceptis custodibus, inter hostium tela Tiberim tranavit; quod ubi regi (nuntiāre), legatos Romam misit qui Cloeliam ex foedere (reposcēre). 7. A naturā sustentur, quae (gignēre) a terrā. 8. Quae tam firmā civitas est quae non odiis funditus (posse) everti?

2. Inveni idoneum verbum:

1. Adventus / **Advenire** 2. Conclamatio / 3. Decus / 4. Discessus / 5. Dux / 6. Emptor / 7. Eruptio / 8. Flumen / 9. Luctus / 10. Gubernator / 11. Obsidio / 12. Os / 13. Pictura / 14. Plausus / 15. Quies / 16. Reliquiae / 17. Scientia / 18. Sensus / 19. Structor / 20. Tector / 21. Tremor / 22. Ustrinum / 23. Valetudo / 24. Victor / 25. Vinculum /

DE OSCILLO

Postridie Aulus in peristylio acerrime occupatus est: modo tabulam ligneam eligit, quae in quadratum secāri possit, modo clavos trabales figit, qui funes sustineant, modo funes comparat. Tandem operam confectam omnibus laetus ostendit: “Tabulā interpositā pendentibus funibus oscillum feci, quo Publiolus luderet”. “Numquam credideram optimum artificem te esse!”, addit Cottius. Sed omnium laetissimus ipse Publiolus est, qui, ut primum incipit oscillatione movēri, ridens clamat: “Altius! Altius!”. Dum spectant Aulum cum puero ludēre, mulieres mutuos sermones reddunt: “Nonne putas oscillum imaginem vitae humanae esse, in quā altissima interdum ad infimum, infima ad summum efferuntur?”. “Verum est: nam maxima quoque bona incerta sunt nec perpetuo homines felices esse possunt... Ah, Veliā, si mihi puer in atrio luderet, qui me matrem vocaret, si coniugi puerum genuissem, qui blandis loquellis eum patrem vocaret... nunc vere ad summum efferrer!”. “Noli te excruciare, Iuliā. Saepius verberat nos et lacerat fortunā aut malā valetudine aut luctu aut aliis incommodis, sed, non secus ac oscillum, adsiduo motu errat et illinc huc venit, hinc illuc: brevi tempore, comite fortunā, omnia feliciter evenient”. “Omnia feliciter evenient” repetit Iuliā, videns Auli oculos sibi arridēre.

Estne sententiā verā an falsā? Si falsā est, cur?

1. Aulus tabulam ligneam secat et funibus pendentibus interponit.
2. Aulus oscillum facit ut se optimum artificem praebet.
3. Publiolus amat oscillo cum Aulo ludēre.
4. Aulus amat oscillo cum Publiolo ludēre.
5. Veliā putat oscillum et vitae humanae et fortunae simile, quae semper mutant.
6. Veliā alterum puerum optat, qui cum Publiolo ludēre possit.
7. Consobrini verba Auli animo consolationem attulerunt.

NOVA VERBA QUAE ADHIBENTUR IN L. QUADRAGESIMĀ QUINTĀ

acerbus, -a, -um	gaudēre	oscillatio, -onis (f.)
aliquantum	illinc	oscillum, -i (n.)
anima, -ae (f.)	immaturus, -a, -um	pendēre
arridēre	incommodum, -i (n.)	perpetuo
clavus, -i (m.)	ingratus, -a, -um	potius
consentīre	intabescēre	praeter
consolatio, -onis (f.)	interponēre	quadratus, -a, -um
excruciāre	iucundus, -a, -um	requirēre
figēre	lacerāre	secus
finīre	loquella, -ae (f.)	supervacuus, -a, -um
frater, fratris (m.)	luctus, -us (m.)	trabalis, -e
funis, funis (m.)	lumen, luminis (n.)	tremulus, -a, -um
difficilis, -e	modo	turbatus, -a, -um
dissolvēre	nocturnus, -a, -um	torquēre

PARADIGMATA QUAE ADHIBENTUR IN L. QUADRAGESIMĀ QUINTĀ

credo, -is, credidi, creditum, -ēre induo, -is, indui, indutum, -ēre	interpono, -is, -posui, -positum, -ēre
---	--

INDEX

CAPITULUM VII

LECTIO VICESIMA QUINTA

<i>De Compitalibus</i>	4
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.25 (participio presente; pronome relativo al nominativo)	
<i>Exercitationes</i>	9
<i>De Laribus</i>	10
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione vicesimā quintā</i>	12

LECTIO VICESIMA SEXTA

<i>De virginalibus donis</i>	14
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.26 (indicativo perfetto attivo e passivo; perfetti difettivi; pronome/aggettivo dimostrativo <i>hic-haec-hoc</i>)	
<i>Exercitationes</i>	20
<i>De sertis coniugalibus</i>	21
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione vicesimā sextā</i>	23
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione vicesimā sextā</i>	24

LECTIO VICESIMA SEPTIMA

<i>De nuptiarum die</i>	26
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.27 (imperativi irregolari; verbo <i>feri</i> ; ablativo assoluto con participio presente)	
<i>Exercitationes</i>	31
<i>De hymenaeo</i>	32
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione vicesimā septimā</i>	34
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione vicesimā septimā</i>	34

CAPITULUM VIII

LECTIO DUODETRICESIMA

<i>De Hannā, Auli nutrice</i>	36
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.28 (comparativi dell'aggettivo; complemento di paragone; complemento di età)	
<i>Exercitationes</i>	40
<i>De Hannae origine</i>	41
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione duodetricesimā</i>	42
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione duodetricesimā</i>	42

LECTIO UNDETRICESIMA

<i>Apud tabernam unguentariam</i>	44
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.29 (superlativi dell'aggettivo; complemento partitivo; complemento di prezzo; pronomi/aggettivi dimostrativi <i>iste-ista-istud</i> e <i>ille-illa-illud</i>)	
<i>Exercitationes</i>	50
<i>De Veneris columbis</i>	51
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione undetricesimā</i>	53
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione undetricesimā</i>	53

LECTIO TRICESIMA

<i>De Aetnae eruptione</i>	54
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.30 (comparativi e superlativi privi di grado positivo; comparativi e superlativi dell'avverbio)	
<i>Exercitationes</i>	59
<i>De novo tremore</i>	60
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione tricesimā</i>	61
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione tricesimā</i>	62

CAPITULUM IX**LECTIO TRICESIMA PRIMA**

<i>De lege Maniliā</i>	64
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.31 (congiuntivo presente attivo e passivo; congiuntivo imperfetto attivo e passivo; complemento di fine; subordinate finali; pronome/aggettivo determinativo <i>ipse – ipsa – ipsum</i>)	
<i>Exercitationes</i>	70
<i>De Cnaeo Pompeio</i>	71
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione tricesima primā</i>	74
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione tricesima primā</i>	74

LECTIO TRICESIMA SECUNDA

<i>De optimo negotio</i>	76
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.32 (subordinate complete volitive)	
<i>Exercitationes</i>	79
<i>Coniuges iurgant</i>	80
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione tricesima secundā</i>	81
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione tricesima secundā</i>	81

LECTIO TRICESIMA TERTIA

<i>Ad Asiam!</i>	82
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.33 (subordinate narrative)	
<i>Exercitationes</i>	85
<i>Fabula de Elissā</i>	86
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione tricesimā tertiā</i>	88
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione tricesimā tertiā</i>	88

LECTIO TRICESIMA QUARTA

<i>De Iuliae reditu</i>	90
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.34 (pronomi/aggettivi interrogativi; subordinate interrogative indirette semplici e disgiuntive)	
<i>Exercitationes</i>	95
<i>De Oedypo et Sphynge</i>	96
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione tricesimā quartā</i>	97
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione tricesimā quartā</i>	97

LECTIO TRICESIMA QUINTA

<i>De inopinatis verbis</i>	98
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.35 (pronome/aggettivo determinativo <i>idem – eadem – idem</i> ; subordinate concessive; periodo ipotetico)	
<i>Exercitationes</i>	101
<i>In Aesculapii fano</i>	102
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione tricesimā quintā</i>	103

CAPITULUM X**LECTIO TRICESIMA SEXTA**

<i>De gratissimā epistolā</i>	106
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.36 (indicativo piuccheperfetto attivo e passivo; indicativo futuro anteriore attivo e passivo; complementi di tempo con le date)	
<i>Exercitationes</i>	114
<i>De Lucio et delphinis</i>	115
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione tricesimā sextā</i>	116
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione tricesimā sextā</i>	116

LECTIO TRICESIMA SEPTIMA

<i>Tarsi</i>	118
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.37 (infinito perfetto attivo e passivo; subordinate infinitive con infinito perfetto; pronomi relativi)	
<i>Exercitationes</i>	123
<i>De loquaci caupone</i>	124
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione tricesimā septimā</i>	125
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione tricesimā septimā</i>	125

LECTIO DUODEQUADRAGESIMA

<i>Iuliā et Hannā latrunculis ludunt</i>	126
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.38 (participio perfetto; passivo impersonale)	
<i>Exercitationes</i>	130
<i>De circulatoribus</i>	131
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione duodequadragesimā</i>	132
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione duodequadragesimā</i>	132

LECTIO UNDEQUADRAGESIMA

<i>Apud Tarsi emporium</i>	134
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.39 (ablativo assoluto con participio perfetto)	
<i>Exercitationes</i>	138
<i>De insulā Rhodo</i>	139
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione undequadragesimā</i>	140
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione undequadragesimā</i>	140

CAPITULUM XI**LECTIO QUADRAGESIMA**

<i>Quintillā ministrā factā est</i>	142
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.40 (congiuntivo perfetto attivo e passivo; congiuntivo piuccheperfetto attivo e passivo; subordinate narrative)	
<i>Exercitationes</i>	150
<i>De Hannae morbo</i>	151
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione quadragesimā</i>	153
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione quadragesimā</i>	153

LECTIO QUADRAGESIMA PRIMA

<i>De Auli reditu</i>	154
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.41 (pronomi/aggettivi indefiniti negativi; subordinate interrogative indirette)	
<i>Exercitationes</i>	157
<i>De Tiberii reditu</i>	158
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione quadragesimā primā</i>	159
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione quadragesimā primā</i>	159

LECTIO QUADRAGESIMA SECUNDA

<i>De ancillarum controversiā</i>	162
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.42 (pronomi relativi; periodo ipotetico)	
<i>Exercitationes</i>	166
<i>De arcano auxilio</i>	167
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione quadragesimā secundā</i>	168
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione quadragesimā secundā</i>	168

CAPITULUM XII**LECTIO QUADRAGESIMA TERTIA**

<i>De Hannae interitu</i>	170
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.43 (congiuntivo esortativo; subordinate consecutive)	
<i>Exercitationes</i>	174
<i>Dis Manibus</i>	175
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione quadragesimā tertiā</i>	176
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione quadragesimā tertiā</i>	176

LECTIO QUADRAGESIMA QUARTA

<i>De Auli consobrino</i>	178
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.44 (imperativo negativo; subordinate completive di fatto)	
<i>Exercitationes</i>	181
<i>De blando puero</i>	182
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione quadragesimā quartā</i>	183
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione quadragesimā quartā</i>	183

LECTIO QUADRAGESIMA QUINTA

<i>Consolatio ad Aulum</i>	184
Dal testo alla grammatica	
Scheda grammaticale n.45 (subordinate relative improprie)	
<i>Exercitationes</i>	187
<i>De oscillo</i>	188
<i>Nova verba quae adhibentur in lectione quadragesimā quintā</i>	189
<i>Paradigmata quae adhibentur in lectione quadragesimā quintā</i>	189

